TRACTATVS,

SIVE PRAXIS AVREA DATIONIS

In solutum necessariæ

IN DVAS PARTES DISTRIBVTVS,

Qui loco Commentariorum esse potest ad Auth. hoc nisi debitor C. de solution. & §. quod autem Auth. de fideiussoribus,

IO. MARIA NOVARIO CLERICO, ET IVR. CONS. LVCANO,

Præclarissimo Authore.

OMNIBVS TAM IN SCHOLIS, QVAM IN FORO versantibus valde vtilis, & necessarius.

Cum Indicibus quæstionum, & rerum notabilium, quæ in hoc opere continentur locupletissimis.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XXII.

APVD IVNTAS.

ILLVSTRISSIMO AC REVER. DOM. D. PETRO SANCTÆ ROM. ECCL. CARDNALI CAMPOREO,

Domino suo Obseruandissimo.

IO. MARIA NOVARIVS FELICITATEM.



VAstum ac spatiosum (Petre Cardinalis Amplissime) mare, quod nisi diuino præscripto obtemperaret, terminum, ac limitem ei arenam præfigenti, & altas Vrbes, & terram videretur totam velle procaciore fluctu absorbere; tamen tam ingens, tam latum cum sit; paruulos torrentes, exiguos amnes, nedum Danubios, & Nilos non indignatur accipere. Ita mihi tua obuersabatur Amplitudo, cui ne orbis quidem Imperium satis esset, non quod vt Alexandro illi plures optarentur orbes, sed quod magnanimitas tua, ac Virtus humanis rebus superior nihil reperit, quod eam possit exæquare magnitudinem: cui praxim hanc, exiguum hoc Opusculum dedicare, videbatur res tanto Principe minus digna; tamen vt est Principum superiorem se ostendere in rebus magnis aspernandis, ita pariter elucescit Virtus in subleuandis exiguis. Nam idem Sol, qui suprema cœli spacia dimetitur, exiguos, & fæculentos Terræ vapores extollit in altum. Quare Virtus tua, & Opusculum exilitate sua aspernandum sublimabit, tui nominis clypeo insignitum, & mihi veteri tuo seruulo vires addet, & animum aggrediendi maiora in dies. Interim D. O. M. te fortunet, & diu nobis prosperum seruet, & incolumem Neapoli Kal. Martijs M D C X X I I.

ILLVST. AC REVER. PRINCIPI

D. Petro S. R. E. Cardinali Camporeo.

PRO HOC D. IOAN. MARIAE NOVARII CLERICI, & Iur. Conſ. Lucani Clariſſimi Opuſculo legali.

Reu. Proſperi Antonij Zizzæ Sacerdotis Academici Ocioſi Neapolitani Pij dicti.

O D E.

Occidet, quicquid radijs Apollo
Orbe perluſtrat vagus: & ſub aſtris
Conditum quicquid viget, hoc voraci
Subiacet Orco.
Alta Carthago cecidit ſuperbæ
Protinus terris cecidiſtis Vrbes.
Sola Virtutis monumenta durant,
Nec ſibi mortem
(Grande Virtutis decus) extimeſcunt.
Dona ſic affert tibi ſempiterna
(Quæ nihil mortem metuunt) Ioannes,
Inclyte Petre
Dona tu donis cape digna dignus,
Principum, & Romæ decus Vrbis, orbis
Splendor, & tutela tui diſerti
Alta Nouari.

Pro D. Nouarij I. C. Lucani Eruditiſſimi, & huius Praxis Authoris laude.

Notarij Petri Chyruzze à Piſtitio Prouinciæ Baſilicatæ
Dyſtichon

Miror, quid? Iuuenem tot tantaque poſſe docere;
Deſine, cur? ſenſus, Menſque ſenilis adeſt.

INCERTI AVTHORIS
Ad eundem Clariſſimum I.C. Lucanum D. Nouarium.

Hæc Monimenta tui diſcordant, reddit Imago
Dum Iuuenem referunt, ſed tua ſcripta ſenem.



Argumenta Secundæ partis.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc opere continentur.

Bene-

D

†† 2

Saluus.

F I N I S.

IOAN.

IOANNIS MARIAE NOVARII I. C. LVCANI.

TRACTATVS,

Siue Praxis Dationis in solutum necessariæ.

Iuxta mentem Authent. hoc nisi C. de solut. & §. quod autem Auth. de fideiussor.

PARS PRIMA.

PROOEMIVM.

NE paruulum illud talentum, quod mihi à Domino traditũ est in subterraneis cuniculis cum sermo nequam abscondisse viderer, ad publicæ vtilitatis commodum praxim electionis, & variationis fori in lucem prodire non piguit; deinde labores ad pragmaticas huius Regni inscriptas Collectaneas, siue decisionum Reportata in manus hominum venire desideraui. Nunc sequor typis mandando has vigilias circa dispositionem textus in auth. hoc nisi, C. de solut.& §. quod autem Authent. de fideiussor. quas praxim dationis in solutum nominare libuit.

Sed quia vbi ordo desinit in confusionis statu morari videmur, vt dicit text. cum glo. in auth. de hæred. & Falcid. §. in ordinatum verò, adeo quod ipso absente, nihil boni superædificari potest, iuxt. doctrinam Luc. de Pen. in l. 2 C. de prox. sacror. scrin. libro 12. & iuxta tradita per vos in præludio praxis elect. & variat. fori. vbi, quod ex diuisione, & partitione negotium semper fit clarius, hac de re igitur ductus meritò hanc praxim in duas Sectiones, siue partes seiungere, & diuidere placuit.

OPERIS DIVISIO.

HVc usque scripta, ita commodè diuidenda cēsui, vt in prima parte, seu Sectione de dispositione textus in auth. hoc nisi (de cuius materia est noster sermo) C. de solut. & de requisitis, vt sit locus dispositioni præsentis Authenticæ per varias quæstiones agemus. In secunda verò in quibus casibus dispositio talis authenticæ locum habeat latè tractabimus, quod pariter per quæstiones de more Ego Nouarius declarabo.

Verba Textus Authent. Hoc nisi, C. de solutionibus.

HOc nisi debitor in pecunia, vel alia re mobili soluere nequeat, tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, solui potest facta per iudicem subtili eius causæ æstimatione, vt rem prædictam, & debitori soluere, & creditori liceat petere, præstanda creditori cautela de eui

ctione, quæ debitori possibilis sit, quod est in omni actione.

At si creditor paratus sit emptorem rei præstare oportet debitorem cautela iudicis arbitrio creditori præbita rem tunc distrahere, vt satisfiat creditori.

Verba Textus §. Quod autem Auth. de fideiuss.

QVod autem de cætero humanis auxiliatur curis, licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum à nobis, tamen propter clementiam sancitur, si quis enim mutuauerit aurum, debitoris substantiæ credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat, aurũ omnimodo quærens, illi verò non sit facilè, neque vlla mobilis substantia, damus creditori licentiam voléti res immobiles accipere pro auro. Sed si nec quispiam emptor immobilium eius rerum adsit creditore frequenter etiam diuulgante, quoniam subiacent debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem, tunc in hac quidem felicissima Ciuitate gloriosissimæ nostræ Reipublicæ iudices secundum vnicuique concessam à lege, & à nobis iurisdictionem; in Prouincijs autem gentium Præsides præparent subtili æstimatione facta rerum debitoris dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus cum tali cautela, cum qua debitor dare possit. Rerum verò datio fit huiusmodi, quæcunque quidem meliora sunt dentur creditori, quæ verò deteriora apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur, etenim non erit iustum dantem quidem aurum, recipere autem aurum non volentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, vel non meliora rerum debitoris percipere, & per hoc habere consolationem, quia si aurum non recipit, aut aliquid rerum, quæ portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere, sed hoc quidem fit clementia clara legis.

PARS PRIMA, SEV Sectio Prima.

QVAESTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio, siue descriptio rei tractandæ debet præcedere ad hoc, vt sciatur quid sit illud, de quo disputatur.*

2 *Debitoribus competit cessio bonorum, item dilatio quinquennalis, num. 3. & dationis in solutum iuxta mentem auth. hoc nisi, C. de solut. nu. 4.*

5 *Aliud pro alio inuito creditore solui nequit.*

6 *Liber homo ob æs alienũ personali coertione non est cogendus, etiam si bona deficiant, ita quod creditoribus satisfieri non possit. num. 7.*

8 *Ad carcerationem debitoris non deuenitur, vbi extant bona.*

9 *Lex 12. tabularum cauebat esse dilaniandos debitores, licet hodie non sit in vsu, num. 10.*

11 *Clericus in ciuilibus non carceratur in Curia Archiepiscopali Neapolitana extantibus bonis.*

ARGVMENTVM.

Dispositio auth. hoc nisi, C. de solut. & §. quod autem authent. de fideiussor. quæ nam sit.

VEtus inoleuit consuetudo, vt qui longiori sermone aliquod sibi pertractandum sumpserunt ante omnia Ciceronis illud tritum axioma in principio de offic. proponere soleant,
1 † omnem nostram institutionem à definitione (& ipse addo à descriptione, vel rei tractandæ dispositione) debere proficisci, vt sciatur, quid sit illud, de quo disputatur. Quod pronun-

ciatum

ciatum nobis vtilissimum, imò necessarijssimum in præsentia amplectendum fore sumus arbitrati Nos Ioannes Maria Nouarius, qui acturi aliqua practicabilia circa materiam auth. hoc nisi, C. de solut. ipsius dispositionem quidque in ea contineatur hic significare, tibique amicè Lector enarrare voluimus.

2 Sciant ergo cuncti, quod † vltra flebile quidem, & miserabile non minus præseruatiuum, quam subsidiarium
remedium cessionis bonorũ, de quo
per totam rubricam, ff. & C. qui bon.
ced. poss. Brun.. in suo tractat. de cess.
bonor. Cost. de remed. subsid. remed.
27. Trentacinq. in lib. variar. resolut.
in titul. de cess. bonorum, Ego Nouarius in collect. decisionum ad Pragmaticam 2. & 3. de cess. bon. vtraque beneficium legis finalis, C. qui bonis ce-
3 dere possint, vbi quod † si debitor nolit cedere bonis, debet ei concedi aliqua temporis dilatio ad soluendum debitum, vt pariter habetur in l. quoties, C. de precib. Imperat. offerend. cum ibi latè traditis per DD. & de iure Regni viget Ritus Mag. Cur. Vicariæ 287. & meminit pragmat. 1. incip. regente sub rub. de cess. bonorum, vbi ipse multas decis. cumulam, quod tẽpus hodie praxis statuit in quinquennio, vnde vulgariter appellatur dilatio quinquennalis, de cuius materia est latè videre penes Grass. de except. except. 32. Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resolut. 1. 2. & 3. de solutionibus Genua in suo tractatu de script. priuat. lib. 3. in tit. de liter. inducialib.

4 Prodit etiam † in fauorem debitorum aliud beneficium, siue iuris priuilegium ex nostra auth. hoc nisi, C. de solut. & §. quod autem authent. de fideiussor., vbi mandatur, & statuitur, quod si debitor nequit soluere quantitatẽ debiti, quia fortè caret pecunijs, si fecerit diligentiam reperiendi emptorem, & non inuenerit, potest assignare possessionem tot bonorum meliorum, quæ ascendant addictam summam data, siue oblata ista bonorum creditori, & cautione de euictione, creditorque erit coactus accipere tot de bonis debitoris, quæ ad debiti quantitatem ascendunt contra dispositionem textus in l. 2. §. mutui datio, & ibi glos. fin. & DD. præcipuè Ias. ff. si certum petatur, & l. cum à quo C. de solut. quibus iuribus caue-
5 tur, quod † aliud pro alio inuito creditore solui minimè possit, de quo est latissimè videre penes Koppen in decis. German 55.

Meritò quidem priuilegiatur supradictis iuris beneficijs, ne quis ob pecuniam debitam in vinculis detineretur, sed eius bona tantum essent creditoribus obnoxia, vt affirmat Liuius in lib. Decad. lib. 8. ex dispositione legis Petiliæ, quæ lex à Cæsareo, & Pontificio iure fuit approbata, cau-
6 tum est enim † liberum hominem ob æs alienum personali coertione cogendum minimè esse, l. ob æs cum au-
7 thent. sequent. C. de act. & obligat. † etiam si bona deficiant, ita vt creditoribus satisfieri non possit, vt in c. 2.
8 de pignor. & ideo † dum executio potest fieri in bonis debitoris nunquam ad eius carcerationem deuenitur, iuxta doctrinam gloss. notabilis in l. 3. §. tutores, ff. de suspectis tutoribus, quã communiter approbari tradit Alex. in l. a Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudicat. & post eum Couar. lib. 2. variar. resolut. ca. 1. num. 2. licet in antiquissimis temporibus iuris rigor con-
9 tra debitores talis erat, vt † lex duodecim tabularum eos etiam dilaniandos creditoribus tradi permiserit, prout testantur Sigon. in primo libro de antiquit. iuris ciuilis Romani, c. 6. Aulus Gellius in 20. lib. noct. acticar. c. 1. gloss. in l. 1. vers. in eo, in fin. C. qui bonis cedere possiunt, eiusque formalia verba refert Couar. vbi supra num. 2. abundè Menoch. de arbit. libro 2. casu 183. num. 4. Thesaur. decis. 153. nume-
10 ro 1. Sed † huius legis immanitas potius ad terrorem traditæ, quam vsu

receptæ, tanquam bónis moribus valdè repugnans à media iuris prudentia fuit penitus reprobata, vt est videre penes Suarez de Paz in praxi Eccles. & sæcul.4.par.1. tom. cap.5. & nouiter penes D.Ricc. Doctorem famigeratum in decis.59.par.1. vbi dicit, pluries obseruatum in Curia Archiepi-
11 scopali Neapolitana, † sicque quotidianam praxim esse, ne carceretur clericus in ciuilibus extantibus bonis.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Debitor debet allegare, & probare suã impotentiam, vt gaudeat beneficio auth.hoc nisi, C.de solut.*

2 *Allegans paupertatem debet eam probare.*

3 *Paupertas, vel diuitiæ sunt intentionis agentis, vnde agens tanquam talis tenetur eas probare.*

4 *Qualem quis se facit talem se probare debet.*

5 *Miserabilis persona agens, tanquam talis, debet probare se talem.*

6 *Promittens se curaturum, vt aliquis aliquid faciet, debet probare se adhibuisse diligentiam, ut euitet pœnam.*

7 *Fundans se in literis licentiæ alienãdi, debet probare contenta in precibus Principi porrectis.*

8 *Alienatio rerum minoris facta occasione æris alieni non valet, nisi probetur æs alienum.*

9 *Iura concedentia allegantí factum aliquod intelliguntur, si ille allegata probet.*

10 *Consanguinitas non probatur per solam assertionem impetrantium dispensationem, sicque decisum refert.*

11 *Alleganti exemptionem incumbit onus probandi, & ita decisum adducitur.*

12 *Opponens contra rèscriptũm, quod sit surreptitium, tenetur probare, sicque iudicatum recensetur.*

13 *Allegans simulatum contractum, debet probare, & exponere speciem simulationis.*

ARGVMENTVM.

An vt sit locus dispositioni auth. hoc nisi, C. de solut. debitor teneatur allegare suam impotentiam, & probare se non habere modum, seu facultatem soluendi in pecunia.

1 REgula sit affirmatiua, † necessarium esse scilicet, quod alleget debitor suam impotentiam, & paupertatem, & probet se non habere facultatem, & modum soluendi in pecunia numerata, vt in proprijs nostris terminis loquendo necessarium esse, & requiri scribunt Carocc. in suo tract. de oblationibus quæst.10.numero 2. Trentacinq. resolut.36.num.3. li-
2 bro 3. de iudicijs, nam † alleganti se pauperem incumbit onus probandi glo. notabilis, & ab omnibus commẽdata in l.si verò, §.qui pro rei qualitate, ff. qui satisdar. cogantur Bald. in l. non prius, C. quand. fi. vel priu. Dec. cons.120. Ludouic. in decis. Perus.56. num.4.lib.1. Afflict. decis.377. num.6. estque magis communis opinio, vt est videre penes Viu. in commun. cõclus. opin.161. & 215. Suarez in Thesaur. recept. sent. litera I. in verbo intentionis Benincas. de paupert. quæstio.6. num.2. dixi alios cumulando in praxi elect. & variat. fori quæst 17. nu-
3 mero 19. vbi, quod † quando paupertas, vel diuitiæ sunt intentionis agentis, tenetur eas agens probare, & sic fundans se in paupertate ipsa obnoxius est illam verificare, latè D.Ricc.
4 in praxi resol.245. par.1. † dicẽs enim se qualificatum debet talem qualitatem probare, l.non ignorat, vbi Bald. & alij, C. de his, qui accus. non poss. Alciat. cons.154. num.7. lib 5. Roland. à Val. cons.3. num.43. lib.1. Menoch. cõsil.74. num.15. lib.1. Surd. cons.138. libro 1. faciunt latissimè adducta per nos in praxi elect. & variat. fori quæstio.6.

ftio.6.fect.3. vbi meritò firmo Regu-
5 lam, quod † miserabilis persona, cui ratione miserabilitatis competit beneficium electionis fori de miserabilitate docuisse non censeatur, simpliciter asserendo se esse miserabilẽ personam, nisi in effectu illam miserabilitatem probauerit.

6 Quare meritò euenit, quod † promittens se curaturum, & facturum quod aliquis aliquid faciet, & hoc sub pœna, talis promittens non euitabit pœnam, nisi probauerit se adhibuisse diligentiam iuxta doctrinam Abb. & aliorum in capit. Gemma de sponsal. tradunt Dec. consil. 113. Afflict. decis. 395. Gramat. quæst. 2. post eius decis. Paris. consil. 109. & 110. libr. 1. Natta de communi testans, & seruari in practica scribens in cons. 450. nu. 42. & de communi pariter testatur Roland. à Val. in cons. 53. num. 15. lib. 1.

7 Et ex his descendit pariter, quod † ille, qui se fundat in literis licentiæ alienandi debet probare contenta in precibus Principi porrectis l. minorẽ. C. de prædijs minor. Alex. cons. 78. nu. 20. & seq. libr. 5. Cacher. plures allegans in decis. 172. num. 11. qui meritò
8 firmat numer. 3. † non valere alienationẽ rei ecclesiæ sub prætextu Aeris alieni, nisi probetur Aes alienum ex Castrens. cons 74. colum. 2. versic. 2. libr. 1. & Dec. in cons. 142. num. 4. & 6.
9 imò † vbi iura concedunt allegant i factum aliquod, intelliguntur non de allegatione sola, sed quod probetur ita esse verum, doctrina est eiusdem Cacher. in d. decis. 172. num. 5. relata per Ludouic. in conclus. 14. illat. 21. qui plura cumulat pro fundamento nostræ opinionis, de qua hic, vt etiã plura poteris videre penes Mascard. de probat cõclus. 88. & penes D. Ric. in decis. 80. part. 2. vbi merito deci-
10 sum refert in facti contingentia † cõsanguinitatem minimè probari per solam confessionem impetrantium dispensationem, vnde iuridicè Curia
11 Archiepiscopalis Neapolitana, † dũ multoties Clerici in ea conuenti solent allegare exemptionem à iurisdictione dictæ Curiæ, interponit decretum esse præstandum eis terminũ ad hoc probandum, vt testatur idem D. Ricc. latè hanc sententiam comprobans in decis. 211. par. 1. qui in decis. 108. ead. part. 1. decisum in eadem
12 curia recenset, quod † opponens cõtra rescriptum, quod sit surreptitiũ teneatur probare, vt pariter tenuit Rota Romana in vna ciuitaten. constitut. Cappellaniæ 20. Februarij 1589. Coram Seraphino & hinc latè fundat
13 Viu. in decis. 104. quod † allegans simulatum contractum debet probare, & exprimere speciem simulationis, & hinc dominus agens ad caducitatem rei emphiteoticæ illius dominium probare tenetur, vt fuit decisum in Rot. Rom. in vna Foroliuiensi Parochialis 3. Iunij 1588. corã Mellino, & in vna Romana pretensę deuolutionis 13. Nouembris 1596. coram Litta nouiter alios referens D. Ricc. in decis. 133. par. 2.

Et ex his pariter descendit, vt allegans possessionem beneficij fuisse captam literis non expeditis debet id concludenter probare, vt tenuit Rota Rom. in vna Canonicat. Ciuitatis Castelli 20. Martij 1536. coram Card. Quirogha.

QVAESTIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor vt gaudeat beneficio Authen. hoc nisi, debet probare carere pecunia, & bonis mobilibus.*

2 *Prolatum cum duabus qualitatibus necesse est ambas qualitates probari, nec sufficit vnam sine alia.*

3 *Dictio, vel, est disiunctiua quo ad verba, & quo ad effectum, vnde sufficit alteram partem esse veram, num. 4. & quod dicitur alternatiua, & ad veritatem ipsius sufficit alteram partem*

tem

tem esse veram, nec omnium concursus requiritur num. 5.

6 *Dictio, vel, relata ad personam est copulatiua,*

7 *Debitor non debet mobilia sic offerre, sed prius debet procurare venditionem eorum, & de pecunia inde redacta soluere as alienum, quod si facere nequeat, tunc offerre potest ipsa mobilia, & de hac diligentia constare debet num. 8.*

ARGVMENTVM.

An vt procedat dispositio praefata Auth. requiratur copulatiuè, quod debitor non habeat pecuniam, vt soluat, & quod non habeat bona mobilia.

1 REgula sit affirmatiua, scilicet † quod ista paupertas, & impotentia consistat in duobus, quorum vnus si deficiat non est locus dispositioni Auth hoc nisi C. de solut. quorum primum est, quod debitor non habeat pecuniam vt soluat, & insuper quod careat bonis mobilibus, nam si haberet bona mobilia non gauderet beneficio d. Auth. vt in nostris terminis loquitur Caroc. de oblat. quaest. 10. nu. 3. dicens ita tenere glos. in Auth. de fid. ins. in §. quod autem collat. 1. in verbo mobilis in fine, vbi rationem reddit, quia, si haberet substantiam mobilem, verisimile est, quod citò venderet, & sic solueret alleg. tex. in l. si rem mobilem, ff. de acquir. poss.

Quae opinio confirmatur, & verã esse predico ex ponderatione tex. in cit. §. quod autem, ibi (neque vlla mobilis substãtia,) & sic copulatiuè vult ille tex. duo requiri, scilicet, quod debitor careat pecunia, nec habeat rẽ aliam mobilem, vt habeat locum dispositio cit. auth. argu. tex. in l. vltim. ff. de diuort. & hanc opinionem sequitur Gozad. cons. 32 nu. 8. quoties

2 enim † aliquid profertur cum certa qualitate, necesse est vtrumque probari, nec sufficit vnum sine alio l. 1. in princip. vbi Bar. in §. ait pretor, ff. de flumin. public. benè Alex. in cõs. 119. num. 5. volum. 1. post Bald. in l. conuenticulam colum. 3. C. de episc. & cleric. vnde euenit, quod si quis respondeat positionibus cum aliqua qualitate, illa responsio debet in totum acceptari, vel reijci, vt est videre abundè penes Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cen 1. casu 93. num. 24. post Bellon. in cons. 46. num. 13. in fine Socin. sen. cons. 208. colum. 1 vers. 10. lib. 2.

Et huic opinioni fauet maximè ponderatio verborum d. Auth. ibi, vel alia re mobili soluere nequeat, nã

3 licet † dictio, vel, sit disiunctiua quoad uerba, & quoad effectum, sic in ea cum vnum in effectu contineat l. cũ,

4 ff. quando dies leg. ced. l. si illud. † vbi Bal. de legat. 3. & sufficit alteram partem esse veram l. planè, §. pen. de leg. 1. l. quicunque C. de seru. fugit. l. fin. §. si autem sub conditione C. commun. de leg. clement. 1. versic. & nihilominus, & ibi glos. in verbo, vel ad ipsum de sequestr. posses. cap. inter caeteras, & ibi Panor. num. 4. de rescript. ita,

5 quod ista † dictio dicatur alternatiua, & ad veritatem ipsius sufficiat alteram partem esse veram, nec omnium concursus requiritur l. si haeredi plures ff. de condit. instit. Menoch. cons. 3. num. 10. Alciat. respons. 57. ex num. 9. latè Felin. in d. cap. inter caeteras vbi assiuetet etiam Rip. ex num.

6 24. tamen † quando est relata ad personam prout ibi ad debitorem, stat copulatiuè, & coniungit l. qua actione §. fi. & ibi glos. notab. ff. ad l. Aquil. Bar. in l. supra iter, §. officium, ff. de aqua pluuia arcend. latè Aretin. in §. 1. num. 6. Instit. quib. caus. manumitt. non lic.

7 Et scias, quod † ista mobilia non debet debitor sic ab initio offerre, sed debet procurare eorum vẽditionem, & de pecunia inde redacta solutionem debiti facere, quod si facere

8 nequeat † offerat ipsamet mobilia, vnde de hac diligentia constare debet

bet Alex. consil. 37. sub num. 14. vol. 2. quem refert, & sequitur. Catoc. in d. tractatu de oblat. d. quæst. 10. num. 7. in fin.

QVAESTIO QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor volēs vti beneficio nostræ Auth. debet exhibere listam bonorum, idque cum iuramento singula designando, licet iurare nō teneatur, nisi creditore petente, nu. 2.*

3 *Notula, siue lista bonorum quare à debitore sit danda, & nu. 5.*

4 *Volens vti beneficio alicuius legis, debet eo vti cum qualitatibus ibi requisitis.*

6 *Bona dotalia, in lista debitoris cōsignandæ creditori non sunt ponenda, licet debitum sit commune viri, & vxoris. Nec peculia filiorum, nu. 7. Nec instrumenta artis, num. 9. neque feuda, num. 10. Nec donata ante traditionem, num. 11.*

8 *Condemnato filio, eiusque bonis publicatis, non publicatur proprietas, quā habet in peculio aduentitio remanente patri vsufructu.*

12 *Decima pignori non datur.*

13 *In lista bonorum consignandæ creditori non debent scribi libri debitoris, puta Iurisconsulti, vel artis medicinæ Doctoris.*

ARGVMENTVM.

An, vt sit locus dispositioni nostræ Auth. requiratur exhibitio notulæ, seu listæ bonorum debitoris.

1 Regula sit affirmatiua † teneri scilicet debitorem exhibere notulam, siue listam bonorum, idque cum iuramento singula designando, cap. cum ecclesia, vbi Rebuff. num. 18. de caus. possess. & propriet. demptis tamen vilibus videlicet gratia pretij nimi solidorum viginti, nam ita ity- lus seruat, si quidē ipsis damnatis ad mortē vilia relinquuntur. l. diuus. ff.

2 de bon. damnat. † iurare tamen non tenetur nisi creditore petente, §. licentia, C. de iur. delib. istudque iuramentum habet vim excussionis, vt legitur apud Bart. l. præsenti, §. fin. C. de his qui ad eccles. confug. arbitrio verō iudicis fit excussio, nempè vel manu militari auferendo, vel aliter cogendo ad ostendendum, siue certè delato debitori iuramento, vt ait ibidem Bart. à perito tamen exigitur probatio per testes Couarr. lib. 2. cap. 6. Natta cōs. 361. Beat. de debit. inop. cap. 16. l. etiam, §. licet. ff. solut. matrimon.

3 Quæ † notula bonorum datur, ad euitandum opiniones Doctorum, de quibus Ias. §. necessitate de re iudic. tum nē creditor obijciat potuisse cē lerius aliter satisfieri, quam vendendo immobilia, prætextu, quod debitor occultauerit mobilia, & alia in fraudem, nam quando occultat dignus est, quod carceretur ad indicandum Glo. in §. itē si quis instit. de act. videlicet eam rē petere, & in d. §. licentia. Tum etiam vt iudex possit se instruere, quam rem vtrique magis expediat alienari, non enim existimo creditorem hoc casu posse meliora eligere iux. Auth. hoc ius porrectum, & l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign. nē multa spiritualia cōcurrant (etsi possint vbi lex expresse cauet,) nempè quod creditor meliora eligat, deinde etiam quod illa habeat deducta tertia parte veri pretij, nam cum creditor vult eligere meliora, idest vti beneficio iuris communis, tenetur bo-

4 na accipere iusto pretio, † qui enim vult vti beneficio alicuius legis, debet eo vti cum suis qualitatibus, sicut in vltima voluntate, qui probat testamentum, probat quo ad omnia

5 Bart. consil. 14. Arbitror † quoque institutum fuisse, vt notula detur ad instruendum iudicem, ne patiatur ob modicum æs distrahi prædia ampla

(nam

(nam diceretur excedere modum in exequendo, & posset appellari vt ait Bart.in §.in venditione,ff.de re iudic. num.5 & 6.) fine palatium, si sit res magis idonea, l.officio iudicis .ff.famil.ercisc.Doctores Auth.res quę ad Trebell.in materna legitimæ, Bart.l. quamdiu, C.de distract. pign. an exequuntor,siue creditor pro modico debito possit vendere magnum prædiũ, quod possit.e.creditoris,Hostien.ait deberi decimam de melioribus, 10. quæst.2. cap.hoc ius porrectum de elect.est additio prolixæ Glosæ.

6 Seias tamen † dotalia bona nõ esse necesse edere, licet debitum sit commune viri, & vxoris, nisi in quinque casibus,l.quinque, ff.de bon damnat. licet fieri possit, quod vir dotem luctetur, nam hũc casum expectare nõ debemus, l.inter stipulantem, §.sa-
7 cram.ff.de verb.oblig. Nec † peculia filiorum necesse est edere, quia neque possunt confiscari, l.3.C.de bon. damnat.l.3.§.sed vtrum, ff.de minor. Bart.§.sed si vectigali, ff.de damn.infect. numer.12. vers.sexto quæro, &
8 † condemnato filio,eiusque bonis publicatis, nec publicatur proprietas, quam habet in peculio aduẽtitio remanente patri, vsufructu, quia filio est interdicta omnis administratio si-
9 ne consensu patris,sic etiam † instrumenta artis,colonus aratrum,& fundi instrumenta, & ea quæ veniant in generali obligatione bonorum, non tenetur quis edere, l.obligatione, ff.
10 pign.act. † neque etiam feuda, nec iurisdictio,nec libros legum tenetur debitor edere Ias.in §.item Seruiana, numer.104.& 105.de Act.facit quod ait Bald.in cap.1. qui feud.dar.poss.&
11 in cap.1.§.in generali.Nec † debitor tenetur edere empta, donata, legata ante traditionem, cum antea nõ sint in eius bonis, paritérque ea. in quibus habet incertum dominium, item
12 decimani,quia † decima,nec pigno-
13 ri datur, & similiter † libros Rebuff. de priuil.scholar.imò si ederet in expensis condemnaretur, perindeac si rem minus idoneam obtulisset,l.sancimus,C.de iudic.

QVAESTIO QVINTA.

SVMMARIVM.

1 Adhoc vt debitor gaudeat beneficio huius authenticæ requiritur,quod offerat bona in electione creditoris, & quomodo procedat,vide nu.7.

2 Grauatus in vno est releuandus in ali

3 Verbum,potest,in rescripto, vel in alio qua constitutione appositum importat necessitatem causatiuam.

4 Verbum,potest, ratione subiectæ materiæ importat potentiam, vel necessitatem.

5 Lex indistinctè, & generaliter loquẽs indistinctè, & generaliter intelligi debet.

6 Creditor non potest rem meliorem,plurisque valentem,sed proportionabilẽ accipere,& vide nu.8.

9 Quod in fauorem introductum est, non debet in odium retorqueri.

10 Maximum absurdum semper est euitandum, imò verba debent intelligi impropriè, ad hoc vt cesset absurdũ, num.11 & vide nu.12.

13 Filius pro sua legitima non potest rem meliorem eligere,sed aliam non deteriorem,arbitrio tamen boni viri.

14 Mulier dotem repetens in bonis stabilibus hypotecatam eligere non potest meliorem,& vbi voluerit.

15 Creditor pro credito non potest eligere meliora bona.

16 Creditor pro paruo debito non potest eligere rem meliorem.

17 Ecclesia potest offerre creditori rem mediocrem pro eius debito, & numero 18.

19 Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.

20 Creditor ecclesiæ tenetur probare pecuniam versam esse in vtilitatem Ecclesiæ.

21 Ecclesiastici religiosi non tenentur pro debito

debito offerre calices,vasa sacra aurea,& argentea, sed satis est offerre res mediocres in solutum.

ARGVMENTVM.

An vt sit locus præfatæ Auth. opus sit, quod debitor offerat bona sua in electione creditoris, ita quod possit creditor meliorem rem eligere.

1 Regula sit affirmatiua, † quod sit necesse,& requiratur, quod debitor offerat bona in electione creditoris, vt tradit ex dispositione, Auth. hoc nisi Rom. conf. 163. Rip. in l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petatur Guttierez de iuram. conf. c. 29. nu. 2. Carocc. de oblat. q. 10 nu. 19 vbi subdit posse eligere rem meliorem ex dispositione d. Auth. ibi *quam debitor*
2 *habet meliorem*, quia † grauatus in vno releuandus est in alio, l. eum, qui ff. de iureiurand. sed grauatur creditor recipere aliud pro alio contra regulă iuris. l. 2. §. appellata, ff. si cert. petat. ergo meritò releuatur in alio, vt meliorem accipere possit, & hanc rationē sensit ibi glo. & post eam Cyn. relati per eundem Carocc. vbi supra, qui scribit contra hanc sententiam posse opponi ponderando verbum, potest, in text. positum, & sic videtur esse in voluntate debitoris, si voluerit dare meliorem, non autem cogi
3 poterit, sed respondet, quod † verbū potest in rescripto, vel constitutione aliqua oppositum importare necessitatem causatiuam Bart. & ibi alij in l. Gallus, in princ ip. num. 4. vbi Alex. num 8. Ias. num. 25. & in repet. num. 19. Socin iun. nu. 30. vbi etiam
4 subdit † quod ratione subiectæ materiæ importat potentiam, vel necessitatem, de liber. & posthum. & est bona gloss. iuncto tex. in l. obseruare, §. fin. in l. mandauero, §. fin ff. mand. pro quorum confirmatione à me additur
5 quod cum textus † indistinctè loquatur, & generaliter in re meliori, ergo indistinctè, & generaliter debet intelligi, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus vulgat. l. de pretio. ff. de public. in rem act.

Ego autem totum oppositum ve-
6 rius esse puto, vt scilicet, quod † non possit creditor meliorem rem accipere, & pluris valentem, sed proportionabiliorem, & quantitati crediti conducibilem, nam si adest exempli gratia res valoris centum, alia quinquaginta, & alia septuaginta, si tibi debeo triginta, non est conueniens, nec rationabile, vt tu potius accipias illam rem valoris centum, vel septuaginta, quam illam rem valoris quinquaginta, & sic in proprijs terminis loquitur Guttierez de iuramēto confirmatorio, cap. 29. sub num. 2. vbi loquendo circa hanc difficultatem dicit aduertendum, requisitum istud,
7 quod † debitor debeat offerre bona sua in electionem creditoris, qui potest meliorem rem eligere, intelligi, & procedere, præterquam si debitum esset paruum, quia tunc non potest creditor meliorem rem eligere pluris valentem, si alia proportionabiliter offeratur, allegat Salic. in hac Auth. hoc nisi, C. de solut. Imol. & Alex. & eos referentem Rip. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. ita quod concludit ipse Guttierez sufficere, quod detur res mediocris arbitrio iudicis, & iuxta hanc opinionem sibi cōtrarius videtur scribere Carocc. in d. tracta. de oblat. par. 2. nu. 81. dum dicit,
8 quod † creditor non potest accipere, quæ bona voluerit, quotiescunque aliquis mutuo accepit à Sempronio, exempli gratiā scuta centum, cū conditione, quod nisi restituerētur infra terminum cōuentum possit debitoris accipere bona, quæ valeant pro intranti quantitate, sed arbitrio boni viri, non meliorem, neque viliorē, sed mediocrem, ex Bart. in l. si ex falsis, in fin. C. de transact. in l. quotiens, nu. 2. ff. de opt. legat. Iaso. in Auth. sed si quis, num. 5. & 6. C. commu. de leg.

Io. Maria Nouarij. B Boer.

Boer.decis.46.Diaz in regul.406. Caualc.de tutor. & curator, num.250. Busat.cons.84.num.11.licet contrarium teneat num 32.& hæc est communis opinio, vt per Ludouic. in decis.Perus.65.par.2.& iuxta hanc opinionem nostram in terminis authen. hoc nisi respondi eximio illo iurisconsulto D. Ioanni Dominico Nouario meo Genitori obseruandissimo, dum ipse de hoc articulo à quodam I.C. de terra Montis Albani esset consultus, & vide Carpan.ad stat.Mediol.c.163. pro qua opinione fundanda adduco, quod certum est, vt tale beneficiũ iuris, vt cum pecunia debitor caret, possit rem in solutum dare creditori pro quantitatis debitæ æstimatione, sit introductum in ipsius debitoris fauorem; quare si creditor posset eligegere meliorem, rem, quam possidet debitor pro æstimatione debiti cum residui refusura, & sic non teneretur accipere rem meliorem habita consideratione ad creditum suum, vtiq.

9 † quod in fauorem ipsius debitoris introductum est in eius lesionẽ retorqueretur contra iura in l. quod fauore C.de legibus, l.generaliter, C.de secund.nupt.l.nemo C. de procurator. quod esset maximum absurdum semper euitandum l.Pomponius, ff.de ne

11 gotijs gestis adeo vt † verba intelligantur improprie, vt cesset absurdũ l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebel. latè Mantic.de coniectur. vltim. volunt.lib.3. tit 7. num.3. quare ad euitandum hoc absurdum, nè id, quod in fauorem debitoris est introductum, in eius odium retorqueatur text. ibi in versic. *Rem meliorem*, est intelligẽdus respectu quantitatis debitæ, & nõ respectu rei melioris, quam habet in

12 toto suo posse debitor, † euitandi.n. causa absurdi accipiendus est sensus, qui vitio careat Cardin.cons.111.nu. 7.Menoch.cons.459.num.23.

13 Et facit nam † sic videmus in filio, qui pro sua legitima non potest rem meliorem eligere, sed aliam non deteriorem, arbitrio tamen boni viri Bal.in l.inbemus colum.1.vers. Item fallit in legitima C.ad Trebell. & hæc est vera, & communis opinio, Ias in l.filium quem habentem col. 6. num. 17.C.famil.ercisc. Aretin.idem attestans cons.156.Pic.in l. in quartam num.49. ff.ad l.falcid. Dec.cons. 236. num.9.Conar.in capit.Raynaldus de testament.§ 2 nu.5.Cucc.de legitim. fol.29.sub num.31.Menoch.dicens ab omnibus approbari de arbitr. iudic. lib.2.cent.2.casu 163.nu.21. Gabriel. de legitim.conclus.4.vbi tamen multis modis limitat, & declarat.

14 Et † in dote sic pariter videmus, nã mulier dotem recuperãs in bonis stabilibus hypotecatam, eligere nõ potest meliorem, & vbi voluerit, sed arbitrio boni viri Bart.in l.si ex falsis C. de transact. vbi omnes vnanimiter sequuntur, & dicunt in facto sepius euenire Innocent. in l.debitoribus, ff.de re iudic. vbi idem dicunt in materia euictionis Parpal. in repet. l. placet colum.3.C.de Sacrosf.eccles.vide Mãtic.de tacit, & ambig.conuent.lib.11. tit.30. nume.15.& sequen. & Molfes. in comment.ad Consuet.Neap.part.4. de iur.dot.quæst.5.num.33.

Sic igitur concludo ego Nouarius

15 in proposito casu, scilicet † creditorem non posse eligere meliora bona, & econtra debitorem non posse offerre deteriora, sed arbitrio iudicis esse adiudicanda, vt per Ludouic. vbi supra Bertazzol.de claus ul.gl.5.claus ul.41.Trentacinq.Var.resolut.lib.3. resolut.36.cuius hæc sunt verba. Circa prædicta requisita est animaduertendum, & primo circa tertium re-

16 quisitum, † nam pro paruo debito nõ potest creditor eligere rem meliorẽ pluris valẽtem, si alia proportionabiliter offeratur Imol.in l.à diuo pio, §. in venditione, ff.de re iudicat. & hoc ꝙ debitor teneatur dare meliorem rẽ maioris valoris creditori, cui debetur modica quantitas, intelligitur, quod non tenebitur eam dare in solidum,

sed

sed tantum pro concurrenti quantitate Alex. in d. §. mutui datio num. 7. probatur in §. quod autem authen. de fideiuss. hæc conclusio huius requisiti
17 † non procedit in ecclesia debitrice, sufficit enim, vt ecclesia offerat rem mediocrem in solutum, si cum priuilegio, quod creditor recipiat eam addita decima parte prætij, §. si vero authen. de alienat. & emph. in hoc differentia est inter Doctores, nam Bar. in d. §. mutui datio dicit specialitatē consistere in alio etiam, id est quod ecclesia debens quātitatem possit speciali fauore dare aliquid de bonis immobilibus in solutum sequitur Paulus de Castro in auth. hoc ius porrectum C de sacros. eccles. Fulgos. verò, & Decius in d. §. mutui datio dicunt hoc esse contra prædicta iura, quę ita demum admittunt in solutum dationem, si ex mobilibus solui nequeat, & hanc opinionem in d. §. mutui datio sequitur etiam Rip. num. 27. uideas in hac declaratione Thess. decis. 153. num. 9.

Circa illud autem, quod dicunt de ecclesia, pro ornatu vide hæc sequentia percepta ex Genuens. in suis practicabilibus ecclesiasticis tricenario 5. quest. 133. cuius tenor est. Regula est quod non potest dari loco quantitatis inuito creditori, nisi quatuor concurrentibus, primo vt debitor probet, se non posse soluere; secundo, quod fecerit diligentiam de inueniēdo pecuniam; tertio quod offerat rē meliorem; quarto quod offerat fideiussorem euictionis, & ita procedit hæc nostra auth. Rom. cons. 163. Ias. cons. 9. num. 3. volum. 1. Parpal. in l. 2. §. mutui datio num. 4. ff. si certum petatur, in ecclesia verò quædam sunt
18 specialia, primum, quod † si non inuenitur emptor rei ecclesiæ res æstimata dabitur inuito creditore, & dabitur res mediocris, & cūadditamēto decimæ partis, vt habetur in auth. de alienat. & emphyt. §. hoc etiam. & in §. hoc ius porrectum 10. q. 2. & sic ecclesia est priuilegiata in tribus, primo quia creditor tenetur recipere in solutum, contra id, quod habetur in
19 l. 2. ff. si cert. petat. quod † aliud pro alio inuito creditore solui nō potest; secundo est priuilegiata, quod datur creditori res mediocris, cum optima dari debeat, iuxta dispositionem nostræ auth. vel erit in arbitrio creditoris, quam rem velit accipere l. creditoris arbitrio C. de distract. pig. tertio
20 est etiam priuilegiata; quia † creditor tenetur probare pecuniam versam in vtilitatem ecclesiæ, vt in d. §. hoc autem, & §. hoc ius porrectum, vbi gloss. considerat ista priuilegia, aliud potest considerari priuilegium circa additamentum decimæ partis, sed circa hoc sunt opiniones; nāquidam dixerūt, quod cum creditor grauetur in prædictis, releuatur in hoc quod res, quæ dabitur sibi in solutum debet valere decem partes, plus quā sit debitum, pro quo ipse accipit in solutum verbi gratia si creditor debet recipere decem, dabitur in solutum res pro decem quæ valebit vndecim ita dicit glos. in d. §. hoc ius porrectum. Contrarium tenent Doct. vt tradit Angel. quos ipse sequitur, in §. hoc etiam in hoc erit ecclesia priuilegiata, sed in additamento decimæ partis ęstimationis, verbi gratia, creditor debet recipere decem, adiudicabitur sibi res ecclesiæ, quæ valebit nouem, & hoc apparet in vers. additamento d. §. hoc autem olim enim non fiebat æstimationis additio. Et si dicatur nonne creditor grauatur? respondet Angel. certè sic, sed ex speciali fauore ecclesiæ, & dicit Cardin. de Turrecrem. in d. cap. hoc ius porrectum, quod iste est casus specialis, in quo quis cogitur, rem alienam emere plusquam valet, ex his infertur,
21 quod † ecclesiastici religiosi, vel alij non tenentur offerre Calices, Vasa Sacra aurea, & argenta, sed satis est offerre res mediocres in solutum.

QVAESTIO SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor semel vnam rem eligendo am plius variare non potest.*
2 *Electio non habet locum, quando quis semel elegit, & iudex super re electa pronunciauit.*
3 *Electione necessaria facta ex parte eligentium, quaesitum est ius electo.*
4 *Habens ex instrumento constitutum per potestatem capiendi bona debitoris, si eligat viam ordinariam non valet deinde authoritate propria capere.*
5 *Dominus, qui potest propria authoritate emphiteotam expellere, & possessionem ingredi, si iudicem adierit non poterit amplius authoritate propria aliquid agere.*
6 *Creditor, qui sine protestatione intentauit iudicium ordinarium censetur renunciare iuri executiuo sibi competenti.*
7 *Eligens viam ordinariam non potest amplius vti extraordinaria.*
8 *Nemo potest mutare sententiam in praeiudicium iuris alteri quaesiti.*
9 *Variatio in iure reprobatur.*
10 *Patronus laicus potest variare, & plures successiuè praesentare.*
11 *Variatio vltra duos fieri nequit.*
12 *Variatio prohibetur in ordinibus, & beneficialibus.*
13 *Actuarius semel electus non potest variari.*
14 *Baro, qui pecunia recepta terram vnã fecit cameram variando non potest aliam eligere.*

ARGVMENTVM.

An creditor, qui elegit rem vnam, ex obligatis à suo debitore, possit deinde variare petendo aliam.

QVae ad finem praecedentis quaestionis scripsi, efficiunt, vt hoc loco explicem, si creditor, qui elegit rem vnam ex pluribus oblatis per debitorem iuxta mentem auth. hoc nisi C de solut. possit variare alteram petendo.

Regula igitur circa istum articulũ
1 sit negatiua, nam † creditor semel vnam rem eligendo variare non potest amplius, Goffred. cons. 19. num. 3. Capic. decis. 46 Ludouicus decis. Perus. 65. nu. 20. quos refert, & sequitur Caroc. de oblat. par. 2. q. 10. nu. 87. vnde videmus, quod in casibus, in quib. licitum est variare id non habet locũ
2 † quando quis semel elegit, & Iudex super re electa pronunciauit faciendam esse executionem Bald. in l. eum qui certatum. §. 2. ff. de verb. oblig. vnde decisum testatur de Franchis in
3 decis. 539. quod † si electio est facta ex parte eligentium, & electio est necessaria, eo ipso, quod electio est facta quaesitum est Ius electo, & eligentes electionem reuocare nõ possunt iuxta Doctrinam Bart. & Castrens. in l. absenti ff. de donat. & Abbatis cons. 47. vnde merito Vrsill. in addit. ad Aff.
4 in decis. 326. num. 3. resoluit, quod † si quis habeat ex instrumento constitutum per potestatem capiendi bona debitoris, & eligat viam ordinariam affertur sibi praeiudicium quominus deindè valeat rem authoritate propria capere, Natta cons. 430 num 23. lib. 2. Grat. cons. 90 num. 30. lib. 1. Ias. in l. 2. num. 114. C. de Iure emph. con-
5 cludens quod † in illis casibus in quibus Dominus potest propria authoritate emphyteotam expellere, & possessionem ingredi, si Iudicem adierit non poterit amplius authoritate sua aliquid agere glos. in l. proinde verb. notandum ff. ad legem Aquiliam Roman. cons. 95 num. 8. Burgos. de pact. cons. 78. num 7. Molin. de primogen. in addit. positis ad finem operis ad lib.
6 7. c. 13. qui resoluit, quod † si creditor sine protestatione intentauit Iudiciũ ordinarium censetur iuri executio sibi aliàs competenti renunciare, & sibi quoad viam executiuam praeiudicat

cat sequitur Azaued. in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopilat. nu. 145. Guttierez. lib. 4. pract. q. cap. 49. Valascus consult. 88. num. 8. vnde Gund. Pap. cons. 4. nu. 6.
7 ait quod † eligens viam ordinariam non potest ad extraordinariam recurrere glos. fin. in l. proinde ff. ad legem Aquiliam Lancellott. de attentat. 2. part. q. 4 limit. 3 num. 9. Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum c. fin. part. 5. §. 11. num. 20. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. de mens. & alternat. glos. 6. num. 196. & ita in præiudicium debitoris non potest variare Bald. in l. si plurib. num. 4. & ibi Flor de Sanct. Pet. nu. 5. ff. de leg. 1. Decius in c. quæ in Ecclesiarum num. 136. de const. Gomez. ad reg. Cancellariæ de annali possessione q 61. vnde extat vulgare axioma,
8 quod † nemo potest mutare sententiam ad præiudicium Iuris alteri quæsiti. l. nemo pôt. ff. de regu. Iuris Rot. decis. 2. num. 3. de sequest. poss. in nouis Caual. decis. 21. num. 1. part. 1. Guttierez. lib. 4 pract. quæst. c. 30. num. 38.
9 † Variatio enim in Iure reprobatur l. serui elect. ff. de leg. 1. l. in causæ. ff. de procurat. c. licet eod. tit. in 6. Lopez. in l. 5. tit. 19. part. 6 Azeued. cons. 28. num. 51. Gomez. in c. cum in multis. num. 48. de rescript. in 6.
10 Vnde meritò videmus quod † licet Patronus laicus possit variare, & plures successiuè præsentare c. quod autem & c. pastoralis de Iurepat. Franc. Marc. decis. 479. col. 1. Bisignett. decis.
11 6. de consuetud. tamen † variatio vltra duos fieri nequit Caklor. cons. 16. de Iurepat. Rochus de Curte de Iurepat. in verb. honorificum q. 10. & ita in iudicãdo, & consulendo refert Lãber. in eiusdem nominis tractat. lib. 2. part. 2. q. 7. art. 23. & nouiter meminit Viuianus in praxi Iuris patronat. par. 2. lib. 10.
12 Et hinc † variatio prohibetur in ordinibus, & beneficialibus Archid. in c. ne captandæ de concess. præbendæ in 6. Acchill. de Graff. decis. 13 de pension. & sic clericus habens facultatem nominãdi nequit variare Rot. in antiquis decis. 1. de præbendis sic reseruatario non licet variare Puteus decis. 193. lib. 3. & faciunt tradita per Phebum in decis. 101. Rotę Lusitanię.
13 Et hinc spectat, quod † actuarius semel electus non potest variari iuxta Doctrinam Bar. in l. cum sententiam num. 3 C. de sentent. & interloc. vbi Angelus num. 21. Bald. in l. nec honore num. 2. C. de Episcopis, & Clericis glos. in §. si vero absunt in verb. inuentarium in fine auth. de hæred. & Falc. de quib. meminit Polyd. Rip. in obseruat. 161. Ex quibus omnibus in facto consultus respondit Barottem qui pecunia recepta Terram vnam fecit Cameram variando aliam non posse eligere.

QVAESTIO SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor vt ualeat uti beneficio nostræ authenticæ debet cauere de euictione.*
2 *Euictio requiritur in datione in solutum*
3 *Datio in solutum dicitur uenditio, & nu mero 4. & 5.*
6 *Emptor debet denunciare uenditori litẽ esse motam, & sic etiam ille, qui recipit in solutum.*
7 *Venditio Rei alienæ est ualida sic etiam Datio in solutum, quamuis non præiudicet Domino quominus possit agere, & vendicare res ipsas, quando extarent num. 8.*
9 *Datio in solutum procedit, si fuerit licentia concessa feudatario, ut possit uendere feudum, ita quod illud potest dare in solutum suo Creditori.*
10 *Dans in solutum Rem emphiteoticam incidit in commissum, si fecerit uolũtariè irrequisito Domino.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An ut sit locus beneficio nostræ Auth. requiratur euictio.

1 Regula sit affirmatiua, quod † debitor ad effectum gaudendi beneficio præfatæ Auth. hoc uisi de solut. debet cauere de euictione, vt firmatur in d. Auth. & nouissimè scribit Koppen in decis. Germaniæ 55. num. 24. Et tradunt Guttierez in suo tractatu de iuramento confirmatorio., cap. 29. nu. 2. & Carocc. de oblat. quæstio. 10. nu. 14 referens istum esse vnū
2 ex casibus, † in quibus euictio debetur, & requiritur, ad quod facit, quia in datione in solutum euictio requiritur, l. si prædium, C. de euict. l. elegāter ff. de pignorat. act. Ioan. de Amic. in cons. 120. num. 8. Rub. cons. 5. nu. 7. Cabal. de euict. §. 4. num. 41. vbi hāc
3 securētiam defendit primo, quia † datio in solutum dicitur venditio, & hoc clarum est. capiendo venditionē largo modo, quia lex 12. tabularū emptionis, & venditionis verbo omnē alienationem complecti voluit, l. statu liberi à cæteris, §. quintus Mutius, de stat. liber. & l. sicut, §. venditionis quib. mod. pign. vel hypotec. soluat.
4 Idem etiam dicendum † si in specie accipiatur, quod probatur, quia datio in solutum similis est venditioni, l. fin. ex quibus caus. in possess. eatur, l. si prædium, C. de euictio. vbi dicitur,
5 quod † datio insolutum vim obtinet venditionis, probat tex. in l. eleganter in principio de pignor. act. Ioan. de Amic. cons. 120 num. 8. Cuman. cons. 29. dub. 2. Rub. cons. 5. numero 7. Cephal. cons. 98. lib. 1. & cons. 9 num. 21. lib. 2. pulchrè Rimin. cons. 586. libr. 3. Natta consil. 207. nu. 3. & iuxta hanc opinionem arguit Bart. in l. 1. §. cum prædium. de pignor. vbi scribit, quod dare in solutum est vendere allegat textum in dict. l. fin. Ex quibus caus. in possess. eat. & l. 3. pro emptor. & vide nouiter Gaspar. Thesaur. in quæst. Forens. lib. 3. quæst. 73.
6 Vnde meritò euenit quod † sicuti emptor debet denunciare venditori litem esse motam, ita etiam ille, qui recipit in solutum. Bar. Bald. & Salic. per illum tex. in l. libera, C. de sent. & interlocut. omn. iudic. & hoc modo de datione in solutum ad venditionē arguit Bar. in l. si pupillorum, §. si prætor de rebus eorum Fulgos. cons. 137. & cons. 190. sequitur Burg. in cap. fin. numer. 25. de empt. & vendit. & vide Dec. in cons. 586. & 592. & iuxta hanc sententiam fuisse decisum in S.C. nouiter tradit Bor. in compend. decisio. in verbo datio in solutum il 2. vbi di-
7 cit, quod † sicuti venditio rei alienæ est valida, ita & datio in solutū, quā-
8 uis † non præiudicet Domino, quin possit agere, & vendicare res ipsas, quando extarent.
9 Et hinc † datio in solutum procedit, si fuerit licentia concessa feudatario, vt possit vendere feudum, ita quod illud potest dare in solutum suo creditori, vt decisum refert Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 18. & vide Garziā in decis. 50. relatos per eundem Bor. in compend. decis. in d. verbo datio in solutum il 3. qui in verbo sequenti re-
10 ferr, quod † datio insolutum rei emphyteoticæ incidit incommissum, si fuerit voluntariè irrequisito Domino facta, allegat Afflict. in decis. 191. a num. 1. vsque ad 4. Franc. decis. 177. Viu. in Sylua commun. opin. cōclus. 174. num. 8. Caualc. in decis. 6. nu. 25. par. 3. & Caroc. in decis. 117. nu. 4.

QVAESTIO OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de euictione est danda à debitore volenti uti beneficio nostræ Auth. licet possit dare cautionem iuxta eius possibilitatem, num. 2. & quare, num. 3. ita quod potest in defectum fideiussorum*

forum dare fideiussoriam cautionem, num.4.
5 *Quæ requirantur, ut sit locus iuratoriæ cautioni, & nu.6.7.& 8.*
9 *Iuratoria cautio quando non sit danda, & nu.10 & 15.*
11 *Malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
12 *Periurus in uno ex capitulis, siue articulis repellitur in omnibus.*
13 *Periurus in una causa in alia non probat.*
14 *Periurus absque dolo malo non perdit beneficium iurandi.*

ARGVMENTVM.

An ut sit locus dispositioni nostræ Auth. cogatur debitor cautionē de euictione dare.

1 REgula sit affirmatiua † teneri scilicet debitorem, vt gaudeat beneficio nostræ Auth. dare fideiussorē de euict. vt habetur per Trentacinq. lib.3.variar.resolut.resolut.36.versic. 6. & per Cost.de remed.subsid.remedi.3.sub num.3. versic.quarto requiritur subdens cauere debere de euictione,& cum fideiussore, si statutū, vel cōsuetudo loci ita exposcat, aliàs secus, Koppen nouiter in decis.Germaniæ 55.nume.24.& nouissimè Genuens. in practicabil. eccles. quæstio. 133.

2 Declara autem,† vt debitor teneatur dare eam cautionem,quā potest, & eius possibilitas supportat, iuxta doctrinam Carocij in suo tract.de oblatio.quæst.10.p.2.num 16.ex vi textus in Auth.hoc nisi, & in §.quod autem

3 in Auth. de fideiuss. † cum vnus veniat declarãdus p alterū, & vltra textum hoc dictat ratio naturalis, nam verisimile non est, vt debitor multo ęre alieno oppressus fideiussorem admodum idoneum, & sani capitis reperiat, quid & rerum experiētia pas-

4 sim confirmat, vnde † præstabit fideiussorem, si reperiet, aliàs sufficiet iuratoria cautio, vt notat Glos. in d.§. quod autem in verbo potest, & ibi sequitur Bart.sub num.8.vt etiam excōmunicatus, vt absoluatur in foro cōtentioso debet prius satisfacere si possit, aut iuratoriam cautionem præstare in subsidium cap.ex parte de verbor.signific. cap.solet de sent.excommunic.in 6.

5 Ad quam cautionem † plura ex Socin.iun.in cons.120.vol.1.sunt necessaria,& primo quod persona obligata ad fideiubendum non sit suspecta de dilipatione, nam tunc,vt tutius procedatur,sequestro erit locus, vt per Minsynger.obseruat.11 centur.2. Apostil.ad Guid.Pap.ad decis.189.

6 Secundo † vt impotentia non sit causata ob malos mores, seu dolum petentis se admitti ad iuratoriā cautionem, ne ex improbitate sua quis commodum sentiat Bald. & Iason. in Auth.cum locum. C.de indict.viduit. toll.obstante prorsus regula, l.itaque

7 fallo,ff.de furt. tertio † requiritur iuramentum quod facta exacta diligentia non possit inuenire fideiussorem, à quo damno, vt eximatur,non sufficit iurare de credulitate, vt per Phanuc.de iuram.in lit.cap.108.num.15. & per Apostill. ad d.decis. Guid.Pap. 189.

8 Quarto. Quod † suo proprio noīe cōpareat,eáque petat Benin.de paupert.speciali 7. num.15.& 21.quinto requiritur,vt petens se obliget,& omnia bona sua iuxta cons. Alex.57. per totum,de quibus omnibus,& alijs est videre penes Cost. de remed. subsid. remed.59. vbi latè de cautione iuratoria, & de eius requisitis differit.

9 Limita tamen † cautionem iuratoriam non esse dandam,primo quando creditori aliter consultum esse pōtest, quam per iuratoriā cautionem quin illi locus non sit,vt per Alex.in l.2.§.quotiens.ff.solut.matrimon. & ibi Rip.in princip. illius legis numer. 61. quia est remedium subsidiarium iuxta ea, quæ plenè tradit Rebuff. de sen-

ſentent.execution. artic.1. Glo.16.
Beniucaſ.de paupertat. ſpeciali 7.nu
me.15. Schench. in ſuo tract. de ſatiſ-
dat.numer.20.& in proprijs terminis
noſtræ Auth. loquitur Carocc. de o-
blat.p.2.quæſt.10.nu.18.
10 Limita ſecundo † in ſemel periuro,
qui perdit beneficium iuratoriæ cau-
tionis Bal. in Auth.& qui iurat in prin
cip.C. de bon. authorit. Iudic. poſſid.
Iaſ.in l.non exigimus §.quod diximus
11 nu.3.ff.ſi quis caut.quia † ſemel ma-
lus ſemper præſumitur malus in eo-
dem genere mali, iuxta latè tradita p
Vin.in deciſ.98. vnde meritò Curia
Archiepiſcopalis Neapolitana iudi-
cauit periurum non eſſe relaxandum
à carceribus ſub iuratoria cautione,
vt teſtatur Dom. Ricc. in deciſ.114.
p.1.quæ limitatio procedit,& ſi periu
rus egerit pœnitentiam Rip. in l.dã-
num num 6.verſ.4 de damn.infect. Fe
lin.in cap.fin.col.1. de teſtib. Marill.
in ſing.74.& 273. latè Plotus de in lit.
Iur.§.50 num.3.Franc.Marc.in deciſ.
708.vol.1.& etiam ſi iuramentum in
parte tantum reperiretur falſum, nã
& in illa cauſa,& in omnibus alijs per
dit beneficium iurandi Decius conſ.
12 83.col.pen.Alex.conſ.14.col.1.† per-
iurus enim in vno ex capitulis, ſiue ar
ticulis repellitur in omnib. Soc. Sen.
conſ.56.num.9.vol.1. Soc. Iun. conſ.
255.num.9. vol.2. Prob. ad Ioannem
Monachum in cap.accuſatus num.1.
13 de hæret.& etiam ſi ſit † periurus in
vna cauſa quod nec in altera probat
eſto quod dicat in alijs veritatem in
eodem Iudicio eſt videre in cap. ex
parte vbi Panormit. de teſt. Port. in
conſ.204.num.10.Alex.conſ.93.col.3
vol.5 relatos nouiſſimè per Borell. in
ſua ſumm. deciſ. in tit. de periur. nu.
42. vbi latè habes materiam periurij
enucleatam licet hæc omnia ceſſent
14 † in periuro abſq; dolo malo, quia ta-
lis non amittit facultatem iurandi cũ
periurium non committatur ſine do-
lo malo l. qui iuraſſe.ff. de iureiuran.
Natt.conſ.598.num.14.vol.3. Grat.
conſ.50.nu.76.vol.1. Purpurat. conſ.
377.num.22.vol.1. Veron.in conſ. ci-
uil.18.num.4. poſt Bald.in l.obſeruare
§. proficiſci ff. de offic. proconſul pu-
ta in eo, qui iurauit ſoluere in termi-
no,& ob malam fortunam ſuperuen-
tam non potuit ſoluere Cott. in ſuis
memorabili in verbo periurium Ale.
in l.fin.ff.qui ſatiſd.cog.& in conſ.92.
vol.1.
15 Limita tertio, † quam offerens nõ
reperiret fideiuſſorem in loco iudicij,
quia fortè eſſet Forenſis, qui contra-
xerit multa debita extra propriam pa
triam nam cauere idoneè debet in lo-
co domicilij l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſ-
ſaria l.de die §.tutor ff.qui ſatiſd.cog.
quod procedit dummodo non ſit mul
tum remotus, & ſit ſub eodem regi-
mine, & actori conſultum ſit de fide-
iuſſoribus ibi dandis,& non aliter iux
ta doctrinam Bart.in d.l.de die §.pen.
ff,qui ſatiſd.cog Caſtrenſ.conſ.416.in
fine vol.2.quos refert,& ſequitur Ca-
rocc.de oblat.p 2. quæſt. 10. num.20.
vbi multas alias limitationes adducit
in quibus non ſit locus iuratoriæ cau
tioni, quas per te poteris videre.

QVAESTIO NONA.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio fideiuſſoris requiritur tempore oblationis bonorum in ſolutum, & nõ ſufficit illam deinde præſtari.*
2 *Conditiones debent in forma ſpecifica, & precisè adimpleri.*
3 *Conditio habetur pro adimpleta, ſi ſtat per eum, per quem debet adimpleri.*

ARGVMENTVM.

An ut ſit locus beneficio noſtræ auth. fideiuſſor de euictionè requiratur tem pore oblationis bonorum in ſolutum uel ſufficiat illum poſtmodũ præſtare.

1 REgula ſit, quod † oblatio fideiuſ-
ſoris requiratur tẽpore oblatio-
nis bonorũ in ſolutũ, adeo quod nõ ſuf

ficeret

ficeret, si vellet post modũ illã præstare, ita dicit Angelus in l. de pupillo §. si is cui, ff. de operis noui nũc. & in l. prætor ait, §. si quis paratus, ff. eodem tit. allegat tex. notabilem in l. seruus si hæredi in fin. ff. de stat. liberis sequitur Romanus conſ. 193. addens text. in l. qui decem §. idem respondit in fi. ff. de solut. vult etiam hoc Bar. vbi allegat prædicta iura in d. l. pretor § si quis paratus circa finem, hos refert, & sequitur Natt. conſ. 244. vol. 2. quibus addo Bursat. in conſ. 9. num. 51. lib. 1. Ludouicus dec. Perus. 64. relatos per Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. reso lut. 36. versi. circa textum de solutionibus, & vide Cephalum in conſ. 175. lib. 2. Theſſ. deciſ. 153. de quibus vltra hos meminit Carocc. de oblat. q. 10. num. 63. vbi num. 64. subdit hanc opi-
2 nionem firmari, nam † conditiones debent præcise, & in forma specifica adimpleri l. si hæredi, & l. Mæuius de
3 condit. & demonſt. & † tamen si stat per eum, per quem debet adimpleri habetur pro adimpleto l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſt.

QVAESTIO DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc ut sit locus nostræ authenticæ debet constare de diligentia debitoris in uendere nolendo.*

2 *Taurinenses dicunt requiri etiam debitorem non posse reperire emptorem, sed quomodo procedat uide nu. 4.*

3 *Oblatio bonorum tenet, licet non præcedat diffamatio creditoris.*

5 *Datur intelligentia te. text. in §. quod autem auth. de fideiuſſ.*

6 *Ad hoc, ut quis possit frui beneficio nostræ auth. debet probare, se non reperire emptorem bonorum suorum*

ARGVMENTVM.

An ut sit locus dispositioni nostræ auth. debeat constare de diligentia debitoris in uendere uolendo, puta subhastando, & quod hoc non obstante emptorem non reperijt.

1 Regula sit affirmatiua † debere sibi licet constare de diligentia debitoris in vendere volendo, puta subhastando, bannimenta faciendo, & quod hoc non obstante emptorem non reperijt, ita Iaſ. in conſ. 9. nu. 13. Ripa in l. 2. §. mutui datio num. 25. ff. si certum petatur relati per Caroc. de oblat. q. 10. nume. 7. part. 2. quibus adde Guttierez in tract. de contract. iurat. cap. 29. num. 2. Natta conſ. 344. nume. 2. Roman. conſ. 193. Ludouic. deciſ. 64. Baez. in tract. de iure debitoris creditor. addicen. cap. 1. num. 47. similiter Genuenſ. in practicab. quæſt. 433. tricenario 5. Coſt. de remed. subſid. remed. 3. num. 3. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. resolu. 36. vbi refert
2 † Taurinenses dicere, requiri etiam, quod debitor probet non posse reperire emptorem propter diffamationem creditoris ex text. in §. quod autem auth. de fideiuſſ. & recenset Ripam in §. mutui datio sub num. 25. versic. septimum tenere contrariam opinionem, licet ipse pro resolutione consideret duos casus.

Primus est an teneatur probare nõ potuisse reperire emptorem propter diffamationem creditoris, & in hoc casu tenenda est opinio Ripæ, quia
3 etiam si non præcedat diffamatio creditoris tenet oblatio, vt probatur in d. authent. hoc nisi, vbi inter requisita hoc non enumerat, probatur etiam in d. §. quod autem in verbis illis creditore frequenter etiam diuulgante, notanda est illa dictio etiam, quæ est implicatiua Clem. 1. & ibi Card. de test. & ideo implicat etiam quando creditor non diuulgat.

Secundus casus est, quando creditor non perquisiuit emptorem, & in hoc casu Cephal. conſ. 195. nu. 1. libr.
4 2 dicit † quod requiritur, quod inueniri non possit emptor immobilium,

idem tenet Antonin. Thess. decis. 153. sub num. 12. qui mouetur per textum in §. quod autem in versic. sed si nec, & in versic. si enim, contrariam opinionem, quod creditor non teneatur perquirere emptorem in d. §. mutui
5 datio, qui similiter mouetur † per d. d. quod autem in fine, vbi dicitur debitorem tunc demum teneri vendere, quando creditor exhibet emptorē, ex quo datur intelligi, quod debitor non tenetur perquirere emptores, sed hic textus non obstat, quia non sequitur debitorem teneri vendere, quando creditor exhibet emptorem, ideo non tenetur perquirere emptorem, nam multoties debitor non reperit emptorem, & creditor sic, tu nō discedas à priori opinione, quæ optimè probatur in d. §. quod autem, & ideo qui vult gaudere beneficio dictę
6 auth. hoc nisi † debet probare se non reperire emptorem bonorum suorū, nam cum debitor velit fundare intētionem suam in hac fallentia virtute d. authen. contra regulam, quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest d. l. 2. §. mutui datio, ff. si certū petatur, tenetur eam probare c. auditis de præscript. l. 1. & l. in except. ff. de probat. & hoc etiam si oporteat reū probare negatiuam Bart. & alij in l. in illa, ff. de verb. oblig.

QVAESTIO VNDECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Vt quis possit frui beneficio nostræ auth. necessarium est dari instrumenta titulorum, & expeditam possessionem, & quod transferat dominium.*

2 *Referuntur verba Trentacinque lib. 3. var. resolut. resolut. 36 qui numero 4. amplectitur opinionem Ripæ in l. 2. §. mutui datio, ff. si certum petatur.*

3 *In solutum datio est similis venditioni.*

ARGVMENTVM.

An vt sit locus dispositioni nostræ authentica requiratur, quod debitor det instrumentum titulorum, & expeditam possessionem, & quod transferat dominium.

1 Regula sit affirmatiua † necessarium scilicet esse dari instrumēta titulorum, & expeditam possessionem, & quod transferat dominium, vt est videre penes Gurtierez in tract. de contract. iurat. cap. 29. numero 2. Ias. cons. 9. libr. 1. Ludouic. decis. 64. Koppen in decis. Germaniæ 55. numero 24.

2 Sed vide † Trētacinq. lib. 3. var. resol. resol. 36. cuius hæc sunt verba. Secundo animaduertendum est circa quartum quæsitum, quod est, quod transferatur dominium rei in solutum datæ in creditorē, nam Ripa in §. mutui. datio dicit hoc requisitum non credere esse verum, post quam debitor cogitur cauere de euictione
3 & quia † in solutum datio est similis venditioni l. 1. & 2. pro empt. l. Senatus in princip & ibi Ias. in 8. notab. ff.
4 de legat. 1. ego † teneo Ripæ opinionem, & puto veriorem quia hoc requisitum non enumeratur in d. auth. hoc nisi, immo contra requisitum est tex in §. quod autem de fideiuss. in illis verbis *cum tali cautela, cum qua debitor dare possit* iuncta ibi gloss.

QVAESTIO DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Auth. hoc nisi debitor de solut debet opponi ante litem contestatam, & ita dicitur decisum Bononiæ.*

2 *Exceptio immunitatis Ecclesiæ, potest opponi in qualibet parte iudicij, sicque iudicatum asseritur.*

3 *Beneficium cap. Odoardus potest opponi*

ni etiam post rem iudicatam, & in executione sententiæ. Sic etiam exceptio Velleiani, num. 4. & excussionis inuentarij, num. 5 & rei nō traditæ, & compensationis, nu. 6.

7 *Exceptio electionis fori potest opponi semper.*

ARGVMENTVM.

Quādo debeat opponi remedium nostræ Authenticæ ad effectum, vt debitor eo gaudere possit.

1 REgula sit † remedium nostræ Authenticæ esse proponendum ante litem contestatam, ita quod si in tali tempore non fuerit oppositum, nullatenus habebit locum tale beneficium iuxta opinionem Bursat. in cō sil. 84. num. 12. libro 1. quem sequitur Carpan. ad statut. Mediolan cap. 163. num 19. & ita iudicatum fuisse in Rota Bononiensi de anno 1594. in causa de Sabatinis cum Carotijs referente D. Gualando apparet ex decis. Rot. diuers. Bononiæ 70. in addit. fol. mihi
2 407. col. 1. licet † remedium exceptionis immunitatis Ecclesiæ possit opponi in qualibet parte iudicij, vt decisum in curia Archiepiscopali Neapolitana tradit D. Riccius in decis. 174. par. 1. qui in sua praxi resol. 219. par.
3 1. firmat † beneficium, cap. Odoard. de solutionibus posse opponi etiam
4 post rem iudicatam, & † in executione sententiæ, vt in exceptione Velleiani firmat Mastril. in decis. 51. & in
5 † exceptione discussionis inuentarij, quæ licet sit peremptoria, tamen opponi potest in exequutione sententiæ, vt per eundem Mastrill. in decis.
6 23. sicque † in exceptione rei non traditæ, vt quandocunque opponi possit est videre penes Surd. in decis. 53. qui in exceptione compensationis idem recenset in decis. 191. quoniam sunt exceptiones mortificatiuæ sententiæ.
7 Sic pariter † exceptio electionis fori semper potest opponi etiā post conclusum in causa, & appunctuatū ius, vt post alios nouiter firmauimus in praxi electionis, & variationis fori quæst. 5. sect. 3.

Et per has quæstiones sit impositus finis primæ parti, seu sectioni nostræ praxis dationis in solutum, iuxta mentem Auth. hoc nisi, C. de solut. §. quod autem Auth. de fideiussor. ad honorem Beatissimæ Virginis.

Ioannes Maria Nouarius I.C. Lucanus Author.

Finis Primæ Partis.

IOANNIS MARIAE NOVARII I. C. LVCANI.

TRACTATVS,

Siue Praxis Dationis in solutum necessariæ.

Iuxta mentem Authent. hoc nisi C. de solut. & §. quod autem Auth. de fideiussor.

PARS SECVNDA.

QVAESTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non est admittendus ad beneficium nostræ Auth. quotiescunque negauerit debitum, sed limita vt num. 31. & nu. 38.*

2 *Emphiteota negans rem esse emphyteoticam cadit à iure suo.*

3 *Clericus non potest carcerari pro debito ciuili, sed fallit, nu. 4.*

5 *Fideiussor negans se fideiussisse amittit beneficium excussionis.*

6 *Hæres negans rem esse legatam amittit beneficium l. Falcidiæ in illo legato.*

7 *Interrogatus an possideat præsidium, si neget, & conuictus fuerit de mendacio amittit possessionem, & illã transfert in actorem, quomodò tamen procedat, vide nu. 9.*

8 *Datus cautela, qua vti debeat actor contra reum in principio litis.*

10 *Vasallus negans feudum priuatur iure suo.*

11 *Socius habet beneficium, ne conueniatur in quantum facere potest, quod perdit negando, se esse socium, & in solidum potest conueníri, vt patet numero 12. quod procedit in marito, vt patet num. 14.*

13 *Negans id, quod est causa sui priuilegij amittit priuilegium.*

15 *Negans debitum nõ admittitur ad beneficium cessionis bonorum, quod procedit etiam in spoliatore doloso, numero 16.*

17 *Negans verum valorem, & pretium priuatur iure suo.*

18 *Negans immissionem non habet beneficium abstinendi.*

19 *Solemnitas extrinseca non præsumitur in contractu, quod fallit nu 20.*

21 *Negans si confessus fuerit ante litem contestatam excusatur nec perdit beneficium, quod habet.*

22 *Quando reus negat in iudice factum principale, non est locus pœnitentiæ, secus si extra iudicium, vel negatio non fuit circa factum principale, nume. 23.*

24 *Negatio ante litem contestatam non inducit onus probandi actori.*

25 *Ad præmium consequendum licita est pœnitentia vsque ad litis contestationem.*

26 *Ad pœnam euitandam potest quis pœnitere vsque ad sententiam, nõ liquidato tamen negotio.*

27 *Quando tractatur de liberando à pœna debet longius tempus indulgeri.*

28 *Pœ-*

28 *Pœna remittitur pœnitenti, præmium datur merenti.*
29 *Cuique non licet allegare suam turpitudinem, sed quomodo procedat, vide num. 30.*
31 *Quodnam operetur clausula negatiua, nego narrata pro vt narrantur, vide etiam nu. 32. & 33.*
34 *Negãs per generalitatem videtur negare ea, quæ sunt contra se, non quæ pro se faciant.*
35 *Generalis negatio non debet intelligi comprendere id, quod verisimiliter in specie quis non fuisset negaturus.*
36 *Exceptio dicitur libellus rei.*
37 *Verba ambigua libelli recipiunt interpretationem pro libellante.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ Auth. habeat locum quoties debitor negauit debitum.

1 REgula sit negatiua scilicet non esse admittendum debitorem ad beneficium Auth. hoc nisi, quotiescunque negauerit debitũ. & deinde fuerit conuictus de mendacio, ita quod debitum fuerit probatũ,
2 vt etiam videmus in emphyteota, † qui negãs rem esse emphyteoticam, cadit à iure suo Alber. in l. 2. sol. 10. C. de iur. emph. Angel. in l. fin. col. 3. ff. de rei vendicat. Innocent. in c. cæterum circa finem de iudicijs Grat. conf. 28. num. 30. Marf. de fideiuss. num. 235. in fin. Rol. conf. 86. num. 4. volum 4. Redoan. de reb. eccl non alien. in rub. de caducit. ob negat. nu. 11. Ias. in §. omnium num. 87. de actio.
3 Quare meritò euenit, quòd † licet clericus non possit carcerari pro causa ciuili ex eo, quod gaudet beneficio c. Odoardus de soln. c. peruenit de fideiuss. vbi Doctores latè, & in materia abundè Marches. in tract. de commiss. part. 2. c. 7. Anna conf. 124. lib. 2. & latissimè Graff. de effect. clericat. ef
4 fect. 7. tamen vbi † clericus debitum negaret non admittitur ad beneficiu d. c. Odoardus, vt traditur per Ferre in conf. 144. lib. 1. Alciat. in c. cum n. ab homine num. 7. de Iudicijs Mol. tract. de contract. disput. 571. nu. 1 Bargal. in trac. de dol. lib. 6. reg. 20. nu. 14. & lib. 4. c. 4. num. 16. Guttierez. de debitis Iuratis part. 1. c. 17. nu. 2. Rota diuers. decis. 841. part. 3. Puteus decis. 321. part. 2. Mohed. decis. 2 de solu. nouissimè Dominus Riccius in sua praxi resolut. 246. part. 1.
5 Et hinc † fideiussor, qui negat se fideiussisse amittit beneficiũ excussionis Angel. in l. si fideiussor ff. de fideius sor. Bald. in auth. contra qui propriam C. de non numerata pecunia Grat. cõ sil. 163. nu. 44. lib. 2. Asin. in pract. exequut. §. 31. c. 2. ampliat. 1. amplia principip. 22. Marf. in rub. ff. de fideiuss. num. 380. Ias. in l. quod te num. 30. ff. si certum petatur, & in l. 1. num. 11. C. de transact. Corbul. in tract. quibus caus. Emph. Iur. suo priuetur causa 1. num.
6 6. sic etiam † hæres, qui negat rem legatam esse hæreditariam, amittit beneficium legis Falc. in illo legato l. hereditatum §. si quis hæredibus, & ibi hoc notant Bar. in fin. Paulus de Cast. num. 1. Alexand num. 2. & cæteri scribentes ff. ad legem Falcid. Marf. in repetit. rubricæ præd. nu. 381. Ias. d. nu. 30 Corbul. loco citat. num. 5.
Item ad hoc facit quod dicitur in l. fin. ff. de rei vendicat. vbi habetur, qđ
7 † possidens aliquod prediũ, si esset interrogatus, an possideat, & neget se possidere, & postea fuerit conuictus de mẽdacio, amittit possessionẽ, & illa trãsfertur in actorem, hoc idem notauit glos. in auth. de triente, & semisse §. illud quoq; in verb. possessio, & in auth. item si possessio in verb. transferat C. qui pot. in pig. hab. & negans fit de reo actor Bald. conf. 211. lib. 3 Barbat cõs. 36. num. 1. lib. 3. Ias. in §. omnium nu. 86 & in §. item si quis il primo nu. 17. instit. de act. Becc. conf. 64. num. 1. vbi ponit quomodo practicetur dispositio

tio d.l.fi.ff.de rei vendicat. Caualcan. in repert. lib. 1. Suar. decisionum in verb reus si negat Rolandus consilio 88.num. 1. & 10.lib.4.vbi dicit, quod
8 est † optima cautela quod actor semper in principio litis interrogare faciat reum an possideat rem, contra quam intendit litem intentare, & si conuentus dixerit se possidere, dicitur liti se obtulisse Lis, qui se obtulit l. si autem in principio.ff.de rei vendicat. & sic Iudicium tenet, si vero reus negat se possidere, & tunc si dicit verum, non est amplius contra eum procedendũ, si verò apparet ipsum mentiri, vt qui possidet, reus consequitur pœnam mendacij amittendo possessionem, vt iam dixi, qui Beccius, & Roland. latè examinant materiam d.leg.fin.in locis supra citatis Gabriel comm. conclus. conclusion.5.num.2.de acqu. possess.
9 † quæ omnia intellige, si à Iudice fuerit interrogatus vtrum rem petitam possideat, & negauerit, secus si à parte Glos.in d. l. fin. in verb. non possidere ff.de rei vendicat.
10 Vnde † Vasallus negans feudum meritò priuatur Iure suo cap. 1. §. si vasallus, si de feudo controuersia fuerit inter Dom. & Vasal. per quem ita tenet Hostien.in cap.Ceterũ num. 1. vbi Abbas num.21.Felin. num. 19. de Iudic.Curt.Iun.in tract.de feud.part. 4.num 41.Ias.in l.quod te num.31. ff. si cert.pet.Cacher.decis 28.nu.2. Paris.de feud.tit.1.§.30.num.5.
11 Et hinc † Socius licet habeat Beneficium, ne conueniatur, nisi in quantum facere possit, & hoc, si est Socius omniũ bonorum, in omnibus habet, si vnius negotiationis in illa gaudebit, nõ in alijs, Glosa communiter recepta in l.sunt qui in verbo accipiendus, vbi Ias.num.6. dicit esse commu-
12 nem opinionem ff.de re Iudi.† tamẽ negando se socium perdit tale Beneficium, & poterit in solidum conueniri ex Felin. in cap. exceptionem sub num 44.in fin.de except. per tex. qui hoc dicit in l.sed hoc ita §.1. ff. de
13 re Iudic.& ratio est, quia † negans id, qd' est causa sui priuilegij perdit pri-
14 uilegium ipsum, † quod verum est, etiam in marito, qui licet non possit conueniri, nisi in quantum facere possit, tamen negando, perdit tale priuilegiũ, quod verum est, si neget matrimoniũ secus si dotis contractum, vel dotis quantitatem, ita notabiliter limitat Bar.in l.etiam §.1.num.3.&4.ff. solu. matrim.post eum Ias.in l.1. sub num. 11.C.de transact.l.quod te col.10. sub num.30.Marsil.de fideiussor. nu. 327. Roland.conf.88. num.7. vol.4.Brun. de Cession. Bonor. quæst. 24.4.quæst. princip.quæst. 20.num.12. Aret. in §. Item si Socius num.2.
15 Et huc spectat, quod † negans debitum ad Cessionem Bonorum minimè admittatur iuxta decis. Astẽ. 296.
16 vt pariter, † neque spoliator dolosus Veral.dec.185.par.3. ex eo quia fraus à beneficio cessionis Bonorum expellit Bellamer.decis.261.dixi in collect. decis. ad pragmat. 2. de cessione Bonorum.
17 Hincq; prouenit, quod † negans verum valorem, & pretium debeat priuari iure suo Cassan.in consuet. Bur-
18 gund.§.16.nu.5.& qui negat immixtionem non habet beneficium abstinendi Cassan.cons.21.num.27. versic. etiam.
19 Qua de causa oritur etiã, quod † licet solemnitas extrinseca non præsumatur l.quęcumque § fin.de public.
20 l.sciendum de verb. oblig. tamen † si quis negat contractum proprium cõuictus de mendacio præsumitur in cõtractu interuenisse solemnitas extrinseca, nec defectum solemnitatis allegare poterit Bald. valde singulariter in cap.1.circa fin.qui testes sint necessarij ad probationem nouæ Inuest. p Auth.contra qui propriam C. de nõ numerat. pecunia Aretin. in l. sciendum col.16. vbi Ias. & Crot. num. 20. de verb.oblig. Menoch. de præsumpt. lib.3.præsumpt.132.num 39. Cephal. cons.171. nu. 17. Mascard. de probat. conclus.

conclus. 1315. num. 20. Gabriel. conclus. 5. num. 9. de acqu. possess. Trigon. singul. 24.

Limita primo, principalem nostrã
21 conclusionem † non procedere quoties cũque negantem pœnituisset ante litem contestatam, & cõfessus fuisset, nam tũc excusatur, & auditur, nec perdit beneficium iuris l. electio §. 1. ff. de noxal. act. vbi Bal. subdit notabi-
22 liter, aut † reus negauit in Iudicio factum principale, & ex hoc inducta est litis contestatio ipso facto, & sic non
23 erit locus pœnitentiæ, aut † negauit extra Iudicium, vel negatio non fuit circa factum principale, sed circa accidentia, vel opponit exceptionem simpliciter, nam addendo alia verba ex quibus inducitur litis contestatio, puta negat narrata, vel dicit non teneri Franc. in cap. 2. col. 2. de lit. contest. in 6. Bal. in cap. dudum num. 8. de elect. & tunc erit locus pœnitentiæ, dicens hoc perpetuò notandum in practica, Idẽ tenet gl. in l. inde Neratius §. Hæc Actio in verbo in duplũ ff. ad l. Aqu. Ang. in l. si dubitetur in fi. principij, & in §. 1. de fideiuss. Bal. in l. 1. n. 24. C. de furt, vbi ampliat, quod talis negans, & postea confitendo ante litem cõtestatam consequitur lucrum delatum ex forma statuti ipsi confiten-
24 ti & rationem reddit, quia † negatio ante litem contestatam non inducit onus probandi ipsi actori Ias. in §. ex maleficijs num. 27. de action. & in l. eum qui in princip. num. 9. de iur. iur. vbi cum Bald. scribit, quod, nedũ ad fugiendam pœnam, sed ad consequendum beneficium aliquod à statuto indultum pœnitere licet ante litem contestatam nondum liquidato negotio, & fuit etiam de mente Bal. in capit. vasallus il primo colum 2. si de feudo cont. fuerit inter Dom. & agnat. melius in cap. 1. §. porrò in 4. colum. in verb. non generaliter in tit. quæ fuit prima causa beneficij amittendi Fel. in cap. cæterum sub numero 18. versic. ista limitatio de iudicijs imò Baldus in l. contra negantem C. ad legem falcid. videtur distinguendo
25 tenere quod † ad præmium consequendum licita est pœnitentia vsq; ad litis contestationem tantum, sed
26 † ad pœnam euitandam, nedum ante litem contestatam, sed etiam post vsque ad sententiam non liquidato tamen adhuc negotio, & sic primo casu terminus sit litis contestatio, secundo casu sit terminus liquidatio negotij, nec displicet ista differentia, quia primo casu tractatur de priuilegio, quod facilius tollitur, l. eius militis, §. militia missus de milit. testam.
27 sed † in casu tractatur de liberando à pœna, meritò iustum est longius tẽpus indulgeri, idem Bald. in capit dudum il secundo num. 8. de electio. ra-
28 tionem reddens, quia pœna remittitur pœnitenti, præmium datur merenti, & facilius consequitur venia, quam præmium, commendat Ias. in l. diuortio, §. quod in anno num. 19 ff. solut. matrim. communis tamen opinio est, vt tam ad pœnæ remissionem, quam ad beneficij consecutionem idem sit iudicium, & tempus Afin. in pract. §. 19. cap. 10. num. 6. vnde licet
29 † quis suam turpitudinem allegare non possit, hoc verum ad persistendũ
30 in ea, † secus ad desistendum, quia ad ad desistendum licet esse contrarius, & turpitudinem allegare, vt pulchre deducit Bald. in l. 1. num 24. vers. quintus casus in fin. C. de furtis per text. in l. si seruus plurium, §. 1. ff. de leg. 1.

31 Limita secundo † non procedere, si debitor non negasset debitum simpliciter, & absolutè, sed narrata prout narrantur, & exposita prout exponuntur &c. Bald. in l. electio, §. neque ff. de noxal. action. Alex. in l. etiam §. licet col. 3. solut. mat. Marsilius singu. 242. & de fideiuss. quæst. 46. num. 336. Fel. c. 1. colum. penult. de lit. contest. Ias. in §. omnium num. 98. de actionibus, dicens esse vtilissimum in practica, & quod nunquam excat memo-
32 riam, & rationem reddit † quia talis clau-

bonis, si dissipauerit bona sua in fraudem creditorum, nec etiam si contraxit sub spe huius beneficij, num. 11.

11 *Debitori doloso non competit beneficiũ cap Odoardus de solut.*

13 *Dolus neminem debet patrocinari.*

14 *Clericus, qui tempore contractus finxit se non esse clericum, non potest vti beneficio cap. Odoardus de solut nec potest allegare tale beneficium, si bona sua abscondit, & non indicauit creditoribus num. 15. quod etiam procedit vt num. 16. & vid. num. 18.*

17 *Clericus qui alienauit bona sua in fraudem creditorum potest carcerari.*

19 *Electio fori non cõpetit personis priuilegiatis quando apparet id facere causa defatigandi collitigantes.*

ARGVMENTVM.

An Beneficium nostræ Authenticæ competat Debitori Doloso.

1 Regula sit negatiua † non competere scilicet beneficium Authen.
2 hoc nisi, debitori doloso, † dolus enim excludit à beneficijs iuris, vnde leue-
3 nit † dolosum debitorem in solidum
4 teneri, vt nec priuilegio † deducto ne egeat gaudeat, quod alias competeret Natr. cons. 561. num. 2. & 7. Costa de remed. subsidiar. remed. 28. sub num. 7. Put. decis. 251. & 394. parte 1. Marta de iurisdict par. 4. cent. 2. casu 186. nu. 4. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 31. nume. 44. Marches. de cõmiss. commiss. 4. p. 3. nu. 24.
5 Qua de re † si dolo versatus est filiusfamilias dum cõtraheretur cum eo, aut aliter beneficio; quod cum eo, non gaudet, l. sed etsi, §. interdum, l. eum qui, ff. quod cum eo. Vrsil. in addit. ad Afflict. in decis. 308. nume. 20. Paris. cons. 94. num. 8. & seq Franc. decis. 164. num. 11. & 16. & decis. 221. nume. 13. Tusc. conclus. 782. nu 31. Caroc. decis. 1. num. 15. imò si in sola culpa filiusfamilias sit à dicto beneficio excluderetur, vt post Caroc. quem al-

Io. Maria Nouarij.

legat scribit Paris. in d. consilio 94. dicto nu. 13.

7 Hinc † maritus non vtitur priuilegio, Ne conueniatur vltra quam facere potest, si dolosè fecerit, ne possit soluere, vt apparet ex tex. in l. etiam, §. 1. solut. matrim. Baez de inop. debit. cap. 15. num 11. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 42. Campeg. de dot. parte 3. quæst. 262. Idem in socero voluit text. in l. pen. ff. de iur. dot. Amat. decis. 16. num. 2. & 13. Couarr. in cap. quamuis in initio 2. relect. de pactis Palat. Rub. in cap. per vestras, in 3. notab. §. 24. num. 7. de donat. inter vir. & vxor. Costa de scient. & ignor. cent. 2. distinct. 32. num. 10. Surd. de aliment. procedere in cæteris dolum committentibus ex tex. in l. hoc ita, §. fin. ff. de re iudic. Baez de inop. debit. capit. 16. num. 22. in fin. tradens in cap. 8. num.
8 9. † hoc verum esse, licet dolus aduersus tertium fuerit cõmissum ex Bald. in cap. quæ in ecclesiarum, col. 3. versic. quæro nunquid. de constit. & faciunt latè tradita per Gratian. in discept. Foreñ. cap. 380. tom. 2. vbi quod decoctores fraudolenti, & dolosi non gaudent immunitate ecclesiastica, priuilegio cessionis, & dilationibus debitoribus concessis.

7 Et huc spectat, quod † dolosus debitor non est admittendus ad beneficium cessionis bonorum Rot. in antiquis decis. 21. de restit. spoliat. fuit dictum in Rota Rom. in causa Tolet. Canonicatus de Dalauera, & parochialis de Baraphas coram Vestano vide Veral. decis. 278. lib. 1. & nos diximus in collectanea, siue decisionum reportat. ad pragm. 2. de cessione bonorum, qua de causa meritò videmus non gaudere hoc beneficio illum, qui contraxit sciens, se non esse soluendo, l. penult. ff. de cessione bonor. Bart. in l. alia, §. eleganter, in fin. ff. solut. matr. Carbon. in pract. lib. 3. c. 8. nu 42. Carpan. super statutis Mediol. c. 408. nu. 59. libr. 1. Curia super Rit. M. R. C. S. c. 95. numer. 18. Carauit. in addit. ad Af-

 flict.

que appareret priuilegiatas personas hoc facere causa defatigandi colliti- gantes.

QVAESTIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non potest uti beneficio nostræ Auth. quotiescunque ei renunciauerit, & eo magis si intercesserit iuramentum ut patet numero 2. Sed vide contrarium, numer. 13. & limitatione 17.*

3 *Quilibet potest renunciare fauori pro se introducto.*

4 *Semel renuncians actioni, & iuri suo amplius repetere non potest.*

5 *Regressus non datur remittentibus iura sua.*

6 *Creditor potest renunciare beneficio præuentionis.*

7 *Spoliatus, etiam potest renunciare beneficio petitionis restitutionis, & vide nu. 8. 9. 10. 11. & 12.*

14 *Pactum renunciandi nostræ Auth. dicitur contra charitatem.*

15 *Beneficio cessionis bonorum non potest renunciari.*

16 *Refertur auctoritas, & potestas Sacr. Concil. Neapol.*

18 *Renunciatio etiam iurata intelligitur rebus sic stantibus.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ Authenticæ habeat locum quotiescunque fuerit ei renunciatum.

1 REgula sit negatiua † debitorem scilicet non posse vti beneficio. Auth. hoc nisi, C. de solut. quotiescunque illi renunciauerit, nam

2 pactum renunciationis d. Authen. valet, maxime quando est iuratum, vt tenent Cynus, & Salicet. in d. Authét. hoc nisi debitor Decius, Ripa, & Curtius iunior. in l. a. §. mutui datio, & ibi Bologn. ct. num. 3. ff. si certum petat. pract. Papiens. in forma libelli resp. hu. si. actionis hypo. c. in §. solutionum exceptionis in fin. Fulgos. Bal. & Alber. in d. Auth. hoc nisi Gutierrez de iuramen. confirmat. cap. 29. nu. 24. Frentacius variar. resolut. libro 3. resolut. 36 sub num. 4. Minad. decisio 2. in fin. Thesf decis. 153. vbi num. 13. dicit secundum hanc opinionem semper iudicasse Senatum Baez. de inop. debi t c. 1. num. 49. Franch. decisio. 81. vbi ait ita fuisse per Sacrum Consilium decisum, de qua decis. meminit D. Ricc. in collect. decis. 267.

Pro cuius opinionis corroboratione insurgit illa tritissima regula Iuris quod † renunciare quilibet potest 3 Iuri pro se introducto in l. si quis conscribendo, & ibi DD. C. de pactis Cap. Apostolicam de regular. Fel. in c. si diligenti de for. compet. Pheb. in decis. Lusit. 70. num. 12. vbi alios adducit late Tuschus in conclus. 170. & 171. ad eo quod secundum Vinium in decis. 4 316. num. 2. † qui semel renunciauit actioni, iurique suo amplius repetere non potest l. qui actionem C. qui accusare non possunt l. quod defecit ad Turpill. l. si maritus §. si negauit. ff. ad legem Iuliæ adulter. & l. hi tamen in fin. ff. de accusat. Las. cons. 219. vol. 2. Decius cons. 389. num. 10. Afflict. decis. 22. Paris. cons. 10. num. 10. vol. 2. Ce- 5 phalus cons. 28. num. 6. vol. 2. & † remittentibus iura sua amplius non datur regressus Becc. cons. 34. num. 12. & 27.

6 Vnde merito † creditor valet renunciare beneficio præuentionis, vt 7 habetur per Frác. in decis. 676. & † spoliatus renunciare beneficio petitionis restitutionis, vt decisum est per Rotam in antiq. decis. 3. & 6. & 11. de 8 renunciat. & † fideiussor poterit renunciare beneficio auth. præsenti C. de fideiussor. vt decisum refert in Rota Lipsens. Thoming decis. 1. vt pariter. 9 † duo rei debendi possunt renunciare beneficio diuisionis, vt tradit Polido. Ripa in lib. singular. obseruat. ca. 8.

10 & † mulier poterit renunciare beneficio Senatusconsult. Velleiani, dummodo de eo sit certiorata, teste Thess.
11 decis. 222. Hinc etiam † actor potest renunciare Iuri exequutiuo iuxta decisionem Mastrill. 137. & filius quoq; valet renunciare legitimæ, licet non veniat in generali renunciat. vt per
12 Afflic. in decis. 178. dub. 2. & † poterit venditor renunciare beneficio l. 2 C. de rescind. vend. vt habetur per Thess. decis. 165.
13 Contrarium autem, † quod nostrę Auth. beneficio debitor renunciare non possit tenent etiam cum Iuramento Iacob. de Beluisio in §. fi. in auth. de fideiuss. col. fin., vers. 3. quæritur vbi dicit, per pactum renunciare non posse beneficio d. auth. Alexand. cons. 37. vol. 2 Alciat. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. & Ioseph. Ludouic. decis. 64. & Doctores isti mouentur, q. a
14 † pactum est turpe, & contra charitatem, & humanitatem, nam si iste debitor non inueniret emptorem, & creditor rem meliorem accipere non cogeretur iuxta dispositionem d. auth. hoc nisi vtiq; cogeretur in carceribus marcescere, quod DD. in l. alia §. eleganter ff. solut. matr. non admittunt, etiam data expressá renunciat. nam ibi DD. ac etiam moderni Ariminẽses in tract. de cess. bon. q. 34. in 4. par. princip. dicunt quod non valet pactũ iuratum, quod quis renunciet beneficio cessionis bonorum, ne caro humana marcescat in carceribus, & licet cedere bonis. Sit turpitudo, tamen valere debet, quia si ex parte debitoris adest turpitudo ex parte creditoris concurrit maxima æquitas, cum contra eius volũtatem cogatur bona stabilia recipere, & forsan inutilia, & iõ pactum valere debet, cum redeatur ad ius commune, quo est prouisum, quod aliud pro alio inuito creditore solui non possit d. §. mutui datio.

Cui opinioni fauet altera Doctorũ
15 opinio tenentium † non posse renũciari beneficio cessionis bonorum, nõ solum tacitè, sed nec expressè, vt fuerunt Neuizan. cons. 59. num. 6. Couar. var. resol. c. 1. num. 7. vbi multos allegat Seraph. de priuileg Iuram. priuil. 91. latè Thess. alios cumulãs in decis. 36. qui sic testatur decisum per Senatum Pedemont. quibus adde Mag. in decis. Lucens. 68. Cumia super Ritib. Sicil. c. 95. nu. 3. latè Brun. à Sol. in q. 8. vbi ad hoc adducit varias rationes, & testatur de communi Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 183. vbi ampliat post alios, procedere etiam si tali renunciationi sit additum Iuramẽtum Carauit. in rit. 179. Ludouic. decis. 164. n. 21. Capp. Tolos. decis. 67. Thess. d. dec. 36. num. 4. vbi dicit, hãc esse magis cõmunem opinionem, & facit illa Doctorum opinio firmantium priuilegium electionis fori non posse renunciari per miserabiles personas, quam latè poteris videre apud nostram praxim electionis, & variat. for. q. 7. sect. 5
16 Tenẽdo † primam opinionem, cũ qua, firmauimus regulam tanquam communiorem, & à nostro Sacro Cõsilio approbatam, cuius authoritas est maxima, ita quod terruit Decium huius nostri Consilij authoritas, vt ipse fatetur in cons. 379. articulus enim dubius decisus per Sacrum Cõsilium facit ius in regno Franch. in addit. ad eius decisiones 238. ita quod nouam vim legis habet Aff. decis. 169. & vide prag. 48. §. & si decreta de off. Sacri Cõ
17 silij, limita † non procedere quando post renũciationem superuenisset casus inopinatus auferens potentiam soluendi in pecunia, & vendendi bona sua, nam in hoc infelici tempore poterit debitor non obstante renunciatione vti beneficio d. auth. ita tẽnet Rip. in d. l. 2. §. mutui datio sub n. 28. ff. si cert. pet. cuius opinionem tenuerunt duo Consiliarij, prout refert de Franchis decis. 81. in fi. & credo veram opinionem per rationem Rip.
18 quia † renũciatio etiam Iurata intelligitur rebus sic stantibus cap. cum inter de renunciat. notat. Imol. Decius

& Ias.

& Iaſ. in l. quod ſeruus.ff. de condict. ob cauſam.

QVAESTIO QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt vti noſtra auth. beneficio, & ſi renunciauerit omni legum auxilio.*

2 *Beneficium noſtra auth. fuit introductum in fauorem debitorum gratia miſerationis.*

3 *In reuocandis priuilegÿs pauperum requiritur ſpecialiſſima mentio.*

4 *Non præſumitur, quod per verba quantũuis generalia velit ſibi praiudicare.*

5 *Generalis clauſula promittens habere ratum, gratum, & firmum non tribuit ea, qua requirunt ſpeciale mandatum.*

6 *Habentes electionem fori poſſunt ea vti, licet renunciauerint omni legum auxilio.*

7 *Per clauſulam generalem quibuſcunque priuilegÿs derogatoriam non reuocantur priuilegia in corpore Iuris clauſa.*

8 *In clauſula generali non comprehenduntur caſus ſpeciales, & priuilegiati.*

9 *Nunquam cenſetur renunciatum beneficio filÿ fam. quod cum eo per generalem renunciationem.*

10 *Diſpoſitio generalis non extenditur ad caſus diuerſam habentes rationem.*

11 *Clauſula renunciationis omni legum auxilio videtur habere vim ſpecialis reuuntiationis quando adeſt Iuramẽtum cõtrarium defendit auctor n. 12.*

13 *Per Iuramentum debitor ex generali renunciatione non perdit ſuum beneficium.*

ARGVMENTVM.

An Beneficium noſtra Auth. habeat locum quoties fuerit renunciatum omni legum Auxilio.

1 Regula ſit affirmatiua † Debitorẽ ſcilicet poſſe vti hoc Beneficio, & ſi renunciauerit omni legum Au-
2 xilio, nam † hoc fuit introductum in fauorẽ ipſorum Debitorum miſerationis gratia, & quotieſcũq; Beneficiũ eſt ex tali cauſa conceſſum, non tollitur per clauſulas generales, prout eſt hæc, renuncians omni legum auxilio Cyn. in l. 1. C. quando Imper. inter pupil. & vid. inferens ex hoc vnũ quotidianum, & multum practicabile, quod ſi Princeps mandat ſolui collectas, datia, & impoſitiones per quoſcunque, reuocando, & annullando omnes, & ſingulas exceptiones, & priuilegia, etiam cum clauſula teno-
3 res, & compendia, tamen † per hæc verba non intelliguntur ſublata priuilegia, & exemptiones conceſſę pauperibus, ſed requiritur, nedum ſpecialis, ſed ſpecialiſſima mentio, ſubdens in facto ſæpè habuiſſe, ſequitur, & cõmendat Bald. in l. 1 ff. ſi quis in ius vocat. non iuer. Tiraquel. in l. ſi vnquam C. de reuocand. donat. in princip. nu.
4 120. Signorol. conſ. 176. colum. 2. † nõ eſt enim veriſimile, quod per verba, & clauſulas generales, quis velit magnum præiudicium ſibi facere, pro vt eſſet, ſi per generalem renunciationẽ tolleretur beneficium huius authenticæ, vt ſic de purgatione moræ loquendo ſcribit latè Bero. quæſt. 125. poſt Dec. in conſ. 203. & Corn. in conſil. 27. vol. 4. & ſi hoc non eſſet clauſulæ generales nimium vtique præiudicarent iuxta ſermonem gloſ. in l. ſi procuratorem abſentem, ff de procurator. vbi meritò ſentit, quod gene-
5 ralis † clauſula promittens habere ratum, gratum, & firmum, nõ tribuit ea, quæ tribuunt ſpeciale mandatum, vt etiam eſt videre penes, Couar. in lib. 1. var. reſol. c. 6. verſ. 7. & Boer. in deciſ. 283. nu. 17.

Vnde meritò firmauimus in praxi elect. & variat. fori quæſt. 46. ſect. 2.
6 quod † habentes fori electionem poſſint ea vti, licet renunciauerint omni

ni legum, & iuris auxilio, pro quorū
7. confirmatione facit, quia † per clau-
sulam generalem derogatoriam qui-
buscunque priuilegijs non obstanti-
bus, non reuocantur priuilegia clau-
sa in corpore iuris Alexan. in l. miles
num 3. de re iudic. Rebuff. respon. 15.
versic. septimo etiam Gomez in cap.
1. nu. 93. de constitut. Gabriel. in con-
clus. 9. num. 10. de regul iur. & ideo in
generali exclusione, & derogatione,
priuilegiorum pro raro beneficio re-
stitutionis minoribus competenti,
censetur derogari iuxta glos. pulcher-
rimam in l. postquam lite, C. de pa-
ctis sequitur Benedict. in cap. Raynu-
tius num. 280. de testam. & vide Ca-
8 bal. in milleloq 784. † ex clausula in
generali non comprehenduntur ca-
sus speciales, & priuilegiati argum.
eorum, quę sunt tradita à Gozad. in
cons. 43. & a Ias. in l. 1. colum. 3. ff. so-
lut. matrim. qua de re non sine ratio-
ne regulam firmaui in praxi elect. &
variat fori quæst. 1. sect. 2. priuilegiū
electionis fori competere miserabi-
libus personis, etiam si Barones, &
domini habeant iurisdictionem pri-
marum, & secūdarum causarum de-
rogantem omnibus priuilegijs, & in
quæst 47. ead. sect. 2. merito firmaui-
mus talem electionem fori compe-
tere personis priuilegiatis, si Prin-
ceps per titulum feudi, aut donatio-
nis concesserit alicui inferiori domi-
no Castrum, aut ciuitatem per verba
amplissima post Peregr. in decis. 129.
& D. Ricc. in collect. decis. collect.
1846. ampliat. 4
9 Sicque † in beneficio, quod cum
eo; concesso filio familias videmus,
nam ei per clausulas generales nun
quam censetur renūciatum, ita quod
eo gaudere non obstantibus talibus
clausulis scripserunt Aloys. de Leo in
l. 2 num. 4 & 5. C. quod cum eo Vrsil.
ad Afflict. in decis. 308. num. 20. Fran.
decis. 181. Tepat. in libr. 1. var. resolu.
in titulo quod cum eo colum. 2. in fi.
eos refert, & sequitur Giurba in dec.
Sicil. 42. nu. 19. vbi sic dicit decisum,
& num. 21. recenset sic in clerico pro
cedere, qui beneficio cap. Odoardus
de solut. deduct. non egeat generali re
nunciatione etiam iurata, nec conti-
netur, nisi specialiter de eo dictum sit
ex Ferret. cons. 254. nume. 14. Macer.
resol. 40. sub num. 5. Gutierez de iu-
ram. confirmat. c. 17 num. 14 & 35.
10 Et facit nam † dispositio generalis
non extenditur ad casus diuersam ha
bentes rationem Calcan. cons. 1. colū.
19. Crauet. cons. 144. num. 6. Aldouin.
cons. 68. num. 53. & nullum verbum
est adeo generale, vniuersale, & inde-
finitum, quod suis consideratis cir-
cumstantijs, vel non debeat ciuiliter
intelligi, aut limitationem recipere
ex late traditis per Scrad. in cons. 13.
& in his, in quib. de præiudicio agitur,
expressio specialis, & indiuidua re-
quiritur; nec sufficit vniuersalis etiā
geminata dispositio Aldouin. in con-
sil. 6, num. 56. Scrad. in cit. cons. 13.
numer. 242. volum. 1. sed in beneficio
auth. hoc nisi de solut. de magno agi-
tur debitoris præiudicio, ne carcere-
tur, & teneatur præcise ad solutionē
pecuniæ, ergo & c. eo magis, quia clau
sulæ generales, & renunciatiuæ in cō-
tractibus apponi solent ex capite no
tariorum, & ideo nihil debent rele-
uare argum. l. si de certa C. de tran-
sact. notat plenè Raudens. in decis.
Pisan 25. nu. 59. & cons. 9. num 95.
11 Declarant aliqui tamen † clausu-
lam renunciationis omni legum au-
xilio habere vim specialis renuncia-
tionis, quotiescunque adest etiam Iu
ramentum, vt fuerunt Bal. in l. 1. nu. 4.
in fin. & ibi Salic. nu. 22. C. commod.
Roman. in l. 2. §. si quis ita num. 23. &
Alex. nu. 13. ff. de verb. obligat. Aret.
cons. 33. num. 10. Tiraquel. alios addu
cens in l. si unquā in præfat. num.
132. & seq. Negus. de pignor. 3. mēbro
5. part. in principio nu. 25. ex quo ve-
niret dicendum renunciantem omni
legum Auxilio cum Iuramento non
posse vti Beneficio Auth. Hoc nisi de
solut.

folut. & sic pariter Beneficio electionis fori.

Ego autem Nouarinus totum oppositum defendo, nam † Iuramentum

12 secundum verisimilem iurantis mētē est intelligendum, nec vltra operatur cap. quemadmodum de Iur. Iur. cap. ex parte de cler. non resid. Natt. consil. 480 num. 23. Bardel. cons. 18. num. 19. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 73. num. 15. Gratian. in decis. 6. num. 43. & 61. Mancin. de effect Iuram. effect. 65. num. 6. ideo non supplet consensum Fehm. alleg. 10. num. 74. Menoch. cons. 37. num. 43. Gabr. cons. 62. num. 10. vol. 2. Tusc. conclus. 505. num. 13. Mantic. de tacit. & ambig. tit. 32. nu. 88. nec operatur deficiente voluntate Decian. cons. 52. num. 14. vol. 1. Amat. decis. 16. num. 48. Gabriel. cons. 31. num. 30. vol. 1. Peregrin. de fideicommit. Artic. 52. nu. 20. Fachin. lib. 2. Controuers. Iuris cap. 17. Fatemur

13 vtique ex his, vt nec † per iuramentū debitor ex generali renunciatione perdat suum beneficium. Auth. hoc nisi, verisimile enim non est, quod voluerit per illud ea tollere, quæ in eius fauorem sunt introducta, & licet Iuramentum maius addat robur, legis tamen Auth. ... non tollit, quæ semper intelligitur excepta cap. venientes de Iur. Iur. I. fin. vbi Bart. ff. ad municip. Oldrad. cons. 97.

QVAESTIO QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor renuncians beneficio nostræ Auth. non certioratus de iure renunciato potest illi beneficio vti.*

2 *In renunciatione est necessaria ratifica tio Iuris renunciati.*

3 *Renunciatio quamuis generalis non potest trahi ad incogitata.*

4 *Quis non potest renunciare Iuri sibi competenti, nisi de eo sit certificatus.*

5 *Certificatio debet esse in specie ad hoc, vt appareat de Iure renunciato.*

6 *Non præsumitur voluntas renunciandi Iuri, quod quis ignorat: & num. 12.*

7 *Certificatio, nisi appareat in specie renunciatus subsequens, dicitur facta sine voluntate renunciantis, tuno præsumitur appositæ de stylo notariorum.*

8 *Iurans in præiudicium sui priuilegij, omnimodo debet certiorari.*

9 *Minor non præsumitur scire beneficium restitutionis in integrum sibi competere, nisi certioretur, quod etiam dicitur de muliere num. 10.*

11 *Iuramētum non trahitur ad incogitata.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ Auth. habeat locum quotiescunque ei fuerit renunciatum, & debitori renuncianti non sit facta certioratio Iuris renunciati.

1 Regula sit affirmatiua, † debitorē scilicet renunciantem beneficio auth. hoc nisi de solutionibus non certioratum de Iure renunciato posse ta

2 li beneficio gaudere, nam, † in renunciatione est necessaria certificatio Iu

3 ris renunciati, hoc est † renuncians debet specificè & expressè scire id, cui renunciat quia renunciatio quamuis generalis trahi nequit ad incogitata, & quæ renuncians nesciebat sibi competere, sic probat tex. in l. Mater decedens vbi Bart. ff. de inoff. test. imo † nō

4 dicitur posse aliquis renunciare Iuri sibi competenti, nisi certificatus sit adhoc vt sciat, quid renunciat Bner. in tract. de Mor. col. 3. circa med. Vital. de clausul. num. 17. Caroc. in repe. c. cum quid part. 4. num. 10. de regul. Iuris in 6. Capistran. in suo tract. de vsur. 1. part. 2. part. principalis num. 13.

5 qui etiam scribunt quod † certificatio debeat esse in specie, vt particulariter appareat de Iure renunciato, φ proferentes procedit in minorib. & mu

6 lierib. & hoc oēs tradūt, adeo vt † nec præsumi possit volūtas renūciādi Iuri, quod quis ignorat tradiderunt Palac. in tract. de maior. par. 4. q. 2. num. 14. pro-

probat etiam Nico. in repet.ca.quoniam contra par.2. num.328. ext.de probat. qui sunt relati nouissimè per Molfes. ad consuet. Neap. de renunciat.q.6.nu.3.

7 Ita quod † nisi appareat in specie dicatur renunciatio facta absque causæ cognitione,& sine voluntate renūciantis,& potius præsumeretur apposita de stylo, & ex stipulatione notariorum, & vt talis nullo modo nocet renuncianti, vt habetur per Surd. in consl.431.num.71. vol.3. post Capyc. Deciam Alber. Gail. Rip.& Barbat. quos allegat Decius consl.495.probat etiam Franc.decis.181.num.10.vnde si certificatio non appareat nō præsumitur adesse voluntas renunciantis,& capitur omnino coniectura, & præsumptio, vt apposita sit ex stipulatione Notarij, & vt talis minimè obest,nec præiudicat renuncianti.

8 Imò † iurans in præiudicium sui priuilegij, vel fauoris, quod debeat omnino certiorari,tradunt Cynus in l.2.C.de rescindenda venditione, Dinus in l.si duo patroni,§.idem Iulian. ff.de iureiur. And.in c.1. de empt. & vendit in Nouell.& ibi Cardin.in penult.& fin.col. vbi ait hanc esse communem opinionem Salicet. col.5. q. 11.in d.l.2. C.de rescind.vendit.Bald. in d §.idem Iulianus in 1.notab. vbi dicit, hanc esse communem opinionem Bertrand.consil.175.col.fin.vol. 2 Socin.iunior, in consil.48. col.7.& sequent. col.1. vbi ait istam esse magis veram, & magis communem Capel.Tholos. decis.49, vbi sic determinatur,& Thes.decis.123. vbi dicit ab hac opinione non esse recedendum, & mouentur prædicti DD. ex infrascriptis, tum quia minor præsumitur ignorare ius l.regula in principio, ff.

9 de iuris,& facti ignorant. & sic † non præsumitur scire beneficium restitutionis in integrum, sibi competere

10 nisi certioretur, & † mulier præsumitur ignorare beneficium Velleiani,nisi certioretur, gloss.in l.fin.§.pe-

11 nult. ff.ad Velleian. modo sic † iuramentum non trahitur ad incogitata, l.fin,C.de non numer. pecunia, l.fin. ff.qui satisdare cogantur, c.veniens

12 de iureiurand. & † iuri quod quis ignorat nemo videtur renunciare, l. fin.§.fin autem,C.de furt.sequitur igitur, quod propter iuramētum minor non præsumitur certioratus de suo beneficio, nec mulier de suo priuilegio, ex quo tam minor, quam mulier præsumuntur beneficia ipsis competentia ignorare; tum etiam quia ea facultate, qua minor, & mulier ad contrahendum inducuntur eadē inducuntur ad iurandum, l.doli,§.diuersum,ff.de nouat.& ita in minore, inquit Abbas in disputat.sua stante statuto in 1.dubio, & Ruinus consl.139. col.fin. vol.1.& ideo vti quando non iurant certiorari debent de eorum priuilegio,ita, & quando iurant, & per hanc rationem, ita tenet Autbor in additionibus ad consil.Alex.consilio 27.l.6.& dicit, apud ipsos opinionem contrariam nunquam visu esse receptam.

QVAESTIO SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio in dubio nunquam præsumitur, sed qua præsumatur realis, uel personalis, vide nu.3.*

2 *Verba sunt potius impropriãda, quam ex illis sit introducenda renunciatio.*

4 *Renunciatio personalis minus præiudicat quam realis.*

5 *Renunciatio semper est interpretanda, vt minus renuncianti noceat.*

6 *Renunciatio restringi debet ad expressa, & ad alia trahi nequit.*

7 *Renunciatio est stricti iuris, & in ea facienda est strictissima interpretatio.*

8 *Renunciatio simplex solum tollit iura de præsenti non autem in diem debita vel sub conditione.*

9 *Habens ius ex duabus causis, si vni ex illis*

illi renunciauit, non præsumitur alteri renunciasse.

10 *Habens plura priuilegia, & vni renuncians non præsumitur alteri renunciare.*

11 *Ex facto ambiguo nunquam præsumitur inducta renunciatio.*

12 *Factum dicitur ambiguum quando potest esse, vel cum renunciatione, vel sine.*

ARGVMENTVM.

Renunciatum in dubio an præsumatur beneficio nostræ Authent. ad effectum, vt quis eam opponere nequeat.

A Laboribus nostris non est pariter alienum quærere, si in dubio censeatur renũciatum beneficio nostræ, Auth. hoc nisi, C. de solut. qua de causa circa istum articulum firmatur.

1 Regula negatiua, nam † renũciatio in dubio nunquam præsumitur, ita quod si alia fieri potest coniectura, illa semper venit excludenda, &
2 † verba potius sunt impropriianda, quam ex illis sit introducenda renunciatio, vt ex pluribus probauit Butr. in c. accedentibus, versic. & per prædicta extra de priuileg. Alex. Dec. & Imol. Crauett. Decian. Menoch. relati per Surd. in consil. 431. num. 21. vbi ex pluribus hanc sententiam firmat, nouissimè refert, & sequitur Molfes. ad consuet. Neap. de renunciat. quæstio. 3. num. 6 vbi per hæc dicit conse-
3 quenter euenire, † secundum mentẽ renunciantis semper renunciationẽ personalem, non autem realem præ-
4 sumi, quia † renunciatio personalis minus præiudicat, quã realis, vt tra-
5 dit idem in d. quæst. 3. num. 4. & † renunciatio semper interpretanda est, vt minus renuncianti noceat, & potius eius verba interpretari debent contra eum, qui in ipsius renunciationis verbis se fundat, vt post Dec. Grat. Bursat. Gabriel. & alios quos allegat tradit Surd. in consilio 486. numero 23.

6 Sic etiam dicitur, quod † renunciatio restringatur ad expressa tantum, & ad alia trahi nequeat, vt probauit Alex. cons. 115. vol. 5 & habetur per Surd. alios cumulantem in consil. 431. numer. 15. vol. 3. & etiam,
7 quia † renunciatio est stricti iuris, & in ea facienda est strictissima interpretatio Dec. consil. 352. numero 47. Surd. alios cumulans in cons 133. nume. 28. vol. 1. quibus addo Peregrin. de fideicommissis artic. 52. num. 25. & Menoch. consil. 282. num. 8. & 9. volum. 3.

8 Vnde euenit, quod † simplex renũciatio solum tollat iura de præsenti, non autem debita in diem, vel sub conditione, quoniam renunciatio est abdicatiua iuris, quod quis habet, dũ renunciat, & ideò ad ius futurum minimè extenditur, l. is potest, ff. de acquir. hæred. Paris. probans hoc ex multis de resignat. benefic. quæst. 18. nu. 24 & vide latè Peregrin. de fideicommissis d. artic. 52.

Qua de causa meritò docent scri-
9 bentes, quod † si alicui competat ius ex duabus causis & vni ex illis expressè renunciasset, in dubio non præsumitur alteri causæ renũciari, vt probauit Bart. in l. is potest §. hæres institutus, ff. de acquir. hęred. & vide Dec. in cons. 467. num. 3. vt etiam si aliquis haberet plures exceptiones, nam si vnam repudiasset alteram repudiasse non præsumitur cap. nullus pluribus de regul. iur. in 6 vbi Din. & alij DD. relati per Mascard. de probat. concl. 1272. numero 5. cum seq. quibus addo Menoch de præsump. lib. 3. præsump. 13. num. 7.

10 Et sic pariter annuimus † quoties haberet aliquis complura priuilegia, nam renuncians vni non præsumeretur alteri renunciare, est enim eadem ratio de omnibus, vt nunquã renunciatio extendatur de casu ad casum, & semper interpretetur, quo-

minus noceat renuncianti, vt post alios probat Paris.de resignat. benefic.libr.1.quæst.18.num.23. & libr. 8. quæst. 1.num. 14. adeo quod etiam si esset renunciatio generalis, & quis renunciasset omnibus iuribus suis, & haberet aliquod ius particulare ex conuentione, & pacto particulari nempe lucrum dotis ex præcedenti pacto, & conuentione sibi delatum indubio non præsumitur renunciasse lucro prædicto, tum ex rationibus prædictis, tum etiam ne præsumeretur mutasse voluntatem, vt ex pluribus probauit, Menoch.de præsumpt.libr. 6.præsumpt. 37.num.20.& conf.31. num.30.vol.4.

11 Et hinc euenit etiam, vt ex facto ambiguo nunquam præsumatur introducta renunciatio, & factum dicitur ambiguum, quando potest esse cum renunciatione, & sine, vt probat tex in cap. super hoc extra de renunciat, & scribit post alios, quos allegat Morot.in conf.6.num.27.

QVAESTIO SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Facti series enarratur.*

2 *Depositarius, qui vsus est pecunia deposita potest vti beneficio nostræ authenticæ.*

3 *Beneficium nostræ authenticæ est generale.*

4 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

5 *Materia fauorabilis est potius amplianda, quam restringenda.*

6 *Pater si instituit filium in re certa valet institutio, sed non valet exhæredatio, quando exhæredat ex re certa.*

7 *Verba beneficij sunt gratiose, & liberaliter intelligenda.*

9 *Quod non est licitum in lege necessitas facit licitum.*

9 *Causa necessitatis multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

10 *Referuntur alij necessitatis effectus nu. 12. & 13.*

14 *Pater tempore necessitatis potest bona filij, in quibus habet usumfructum, alienare absque iudicis decreto.*

15 *Fundus dotalis tempore necessitatis alienari potest.*

16 *Clericus ratione depositi penes se facti aduersus exactionem non potest opponere de priuilegio cap. Odoardus.*

ARGVMENTVM.

An depositarius, qui vsus est pecunia deposita valeat vti beneficio nostræ authent.

1 Regula fit affirmatiua † sicque dũ in facto euenisset quendam depositarium egestate ductum vsum fuisse pecunia deposita, & in propriũ vsum conuertisse cunque in liberatione depositi esset ipse requisitus ad tradendum pecuniam depositam pro parte eius opponeretur, ipsam pecuniam depositam non habere, sed velle vti beneficio nostræ authenticæ

2 consului † debere gaudere, monebat

3 autem quia † beneficium nostræ authen.est generale, ita quod illud concedens non distinguit, & vbi † lex nõ

4 distinguit, nec nos distinguere debemus vulgata l.de pretio, ff.de public. in rem actíon. Faber decis.1. numero 7. C. quando Imperator inter pupillum, & vid. quem nos retulimus in compend. decis. materiæ elect.& variat fori decis.33. eo magis † quia su-

5 mus in materia fauorabili, quæ potius est amplianda, quam restringenda, vt in cap.odia de reg.iur.in 6. cap. statutum à contrario sensu de elect. concordat text. in l. cum quidam, ff.

6 de liber.& posthum. vbi † si pater instituat filium ex re certa valet institutio, sed si exhæredet à re certa non valet exhæredatio, quia in institutione versatur fauor quem conuenit laxari, vnde meritò † beneficiorum ver-

7 ba sunt gratiosè, & liberaliter intelligen-

ligenda, nec tenaciter interpretanda, text. & gloſ. in cap. allegant 26. q. 6. Gram. conſ. 6. num. 3. & conſ. 58. nu. 23. & ſeq. & vide Franciſcum Marcū in deciſ. 365. & 454. volum. 1. vbi quod in his à ſtricta verb. ſignif. eſt recedendum, & ad amplam, latioremque, & generalem quam in vltimis voluntatibus accedendum, imo etiam impropriam, vt poſt Oldradum tradit Gramat. in deciſ. 59. num. 48.

Et huic opinioni fauet, nam depoſitarius ob neceſſitatem re depoſita vtens, & in proprium vſum conuertens excuſatur, ſic in proprijs terminis tradit Caroc. de depoſit. parte 1.
8 excuſat. 5. ex eo quia, † quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum l. 1. iuncta gloſ. de offic. conſ. reg. quod non eſt extra de reg. iur. cap. in argumentum eodem titu. in 6. l. quæ propter, ff. eodem titu. Latè Roiz. ad plura inferens dec. Lituan. 3. Nouell. abundè in reg. 102. tom. 2. affluenter Rom. in l. ſi verò, § de viro fallent. 54. ff. ſolut. matr. quoniam neceſſitas illicita facit licita, vt per gloſs. & alios omnes in cap. quoniam 48. diſtin. Decius in l. quę propter neceſſitatem, ff. de regulis iuris Decian. alios alle-
9 gans conſil. 20. volum. 1. ita † quod cauſa neceſſitatis multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur l. 1. §. huius, vbi Iaſ. in 5. notab. ff. de offi. eius Riminald. Iunior conſ. 360. num. 91. volum. 4.

10 Vnde euenit, quod quamuis in Regno in quolibet contractu, eiuſq; publicatione; ſoleat adhiberi notarius Iudex, & teſtes vigore conſtitutionis Regni Inſtrumētorum robur, tamē in caſu neceſſitatis vbicūq; in aliqua villa reperiretur tantum vnus notarius, tunc vocatus ipſe ſolus poteſt, & debet vti perſona publica, conficere contractum, ita quod aliter agēdo contra mandatum Iudicis factum debet puniri ipſius Iudicis arbitrio, vt firmauit Aff. in conſt. Regni Baiulos ſub num. 33. & ita ſe conſuluiſſe in anno 1586. & Iudicatum in Curia Aglana, & in Sacra Regia Audientia Bareſide Anno 1590. tradit Viuius deciſ.
11 323. num. 16. & hinc † propter imminētem neceſſitatem licet furari, etiā religioni c. ſi quis de furtis Puteus de-
12 ciſ. 82. lib. 2. & † tempore neceſſitatis non attenditur ad teſtium qualitates ſed adhibentur, atq; vocantur illi teſtes tunc, qui reperiri poſſunt, vt in Rota Rom. deciſum teſtatur Verall.
13 deciſ. 159. par. 3. ſimiliterq; † ex cauſa neceſſitatis licitum eſt etiam tempore prohibito carnes commedere iuxta ſententiam gloſ. in clem. vnic. de cenſibus, quam amplificat Riminald. Iun. conſ. 363. vol. 4. procedere etiam in loco prohibito, & in alijs caſibus ſimilibus.

14 Qua de cauſa videmus † patrem vrgente neceſſitate poſſe bona filij, in quibus habet vſumfructum, alienare abſque Iudicis decreto iuxta ſententiam Caſt. Baldi, Alexan. & aliorū cōmuniter in l. Pręſes C. de trāſact. Azo, in Sum C. de bonis q̄ liber. Cioff. alios
15 allegās conſ. 63. vol. 1. ſic etiam † fundus dotalis vrgente neceſſitate alienari poſſet, vt per Gloſ. Fab. Aret. & alios vniuerſaliter omnes Inſt. quib. alienar. licet, vel non in princip Clemens in tract. de pat. poteſt. cap. 6. effect. 1. num 8. Bero. conſ. 36. num. 14. vol. 2.

16 Aduertendum eſt autem quod † clericus ratione depoſiti penes ſe facti ad aduerſus exactionē talis debiti nō poteſt opponere de priuilegio cap. Odoardus de ſolut. vt ex Matth. ſing. 60. num. 1. Dauil in director. Iud. Ecc. part. 2. c. 13. num. 21. Foller. in conſt. Regni Si quis clericus num. 13. verſic. limita in tit. de Epiſcop. & Cler. hos refert, & ſequitur Graſſ. de Effect. Clericat. eff. 17 num. 38. & ſic videmus in dilatione quinquennali Franch. deciſ. 151.

morum, & rerum commestibiliũ Iaſ. in §. item Seruiana, Inſt. de act. & extat litera Regis Federici Aragonei in anno 1498. Capitulis Neapolitanis fol. 45. Rebuff. in tract. de liter. dilat. annal. art. 1. glo. 1. num. 22. & nu. 37. cum ſeq. nu. 2. tom. & fuit deciſum in collaterali Conſilio inter Thom. Carau, & Aurelium de lo Blaguio, vt non admittatur contra creditorem pro cẽſibus domorum in anno 1555. Actuarius eſt Emelia, vt refert Ann. in ſing. 101.

QVAESTIO NONA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non poteſt opponere beneficium noſtræ Authentica, quando creditor eſt pauperior ipſo debitore.*

2 *Clericus, qui eſt debitor pauperioris ipſo non gaudet beneficio, c. Odoardus.*

3 *Debitor non poteſt lætari ſe priuilegio, ne conueniatur ultra quam facere poteſt, ſi creditor eſt pauperior ipſo debitore, quod limita, vt nu. 4.*

5 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra alterum priuilegiatum.*

6 *Priuilegium fiſci, vt ab aduerſario reo ſibi edatur non habet locum contra alium fiſcum.*

7 *Priuilegia conceſſa ſcholaribus non habent locum contra aliõs ſcholares.*

8 *Diſpoſitio legis non eo minus, C. de procurat. non habet locum quãdo minor egit contra alium minorem.*

9 *Habentes priuilegium immunitatis, vt ab eorum creditoribus non poſſint cõueniri contra aliquod tempus inter eos non erit locus priuilegio.*

10 *Eccleſia non utitur priuilegÿs ſuis cõtra aliam Eccleſiam.*

11 *Pia cauſa hæres inſtituta non detrahit Falcidiam contra Eccleſiam.*

12 *Habentes fori electionem ea non gaudent contra par ius habentes.*

ARGVMENTVM.

An beneficium noſtra Auth. habeat locum quotieſcunque creditor eſſet pauperior ipſo debitore.

1 Regula ſit negatiua † nõ poſſe debitorem opponere beneficium Authẽt. hoc niſi de ſolut. vbi creditor eſſet pauperior ipſo debitore, vt à ſi-
2 mili dicimus, quod quando † clericus eſt debitor alicuius, qui eſſet pauperior ipſo clerico, non gaudet beneficio, cap. Odoardus, vt per Barb. in capit. Odoardus, num. 2. de ſolut. Neuizan. conſil. 59. eos refert, & ſequitur Graſs. de effectibus clericatus effect. 7. num. 56. ſubdens eſſe regulare, quod
3 † debitor non poteſt lætari ſe priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, ſi creditor eſt pauperior ipſo debitore ex Brun. de ceſſione bonorum quæſt. 13. quæſt. 4. princip. vbi
4 hoc limitat † quando creditor eſſet creditor ex cauſa lucratiua, & non oneroſa.

Et facit pro comprobatione paupertas ex vtraque parte, imò magna ex parte debitoris, & maxima ex parte creditoris, iuxta noſtrum caſum, qua de cauſa ſuccedit illa communis regula præſertim in Regno receptiſſima.

5 † Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum, l. 2. C. de priuileg. fiſc. l. rerum, §. item quæritur, ff. de minor. l. ſed & milites, vbi Bart. in princip. ff. de excuſat. tut. §. ſed hoc præſenti Auth. de ſanctiſs. epiſcop. & cap. cum cauſam, vbi Abb. extra de præbend.

6 Hinc primo infertur, quod † priuilegium fiſci, vt ab aduerſario reo ſibi edatur iuxta l. ne quiſquam, ff. de edẽdo, non habet locum contra alium fiſcum Bald. & Dec. in cap. 1. extra de probat.

7 Tertio infertur, quod † priuilegia, quæ ſcholaribus tribuuntur, vt habetur

rur in Auth.habita.C.ne filius pro patre non competuur quando scholaris agit contra scholarem, Bald.in l.2.C. de priuil.fisc. declara non procedere respectu fori, vt idem Bald.inquit in d.Auth.habita,nu.33.

8 Tertio infertur, quod † dispositio legis non eo minus,C.de procur. non procedit quando minor litigat contra alium minorem.Bald.in cap.causam, il 2.extra de iudic.sequitur Dec. in c.in præsentia,sub nume.51. ex de probat.

9 Quarto infertur, † quod si duo habent priuilegiũ immunitatis ab eorum creditoribus vt per aliquod tempus non possint conueniri inter eos non erit locus priuilegio Anchar. in cõs.36.sequitur Dec. in d.cap.in præsentia sub nu.31.

10 Quinto infertur † vnam Ecclesiã aduersus aliam priuilegio non vti Valenz. consil.18 num 87. arg.l.2. C.de priuil.dot. Bart.& cæteri in Authen. quas actiones,C.de sacros.eccles. Ripa in l. priuilegia, num.2. ff.de priuil. credit. Aret.in l.si hominem, num.3. ff.deposit.Cephal.cons.7.num.3.

11 Sexto infertur, quod † pia causa hæres instituta non detrahit Falcidiã contra Ecclesiam vt decisum refert Magon.in decis. 130. & tradiderunt Rom.in Auth.similiter col.149.num. 101.vbi etiam Corn.col.fin. nu.16.C. ad l.Falcid. vbi dicit pro hanc parte vidisse Cõsilium Albergat.Alex. in l. 1 §.ad municipium, col.2. ff.ad l.Falcid.Franc.in cap.si pater, col.43.nu. 107.cum seq.de testam.in 6.Fabia.de Giochis in repetit. Auth.nouissima, col.75 num.754. & seq.C de inoffic. testam Felin.in cap.in præsentia,col. 13.num.29. cum pluribus sequent.de probat. & hanc opinionem inter receptas reponunt nouissimè collectores commun.opin.lib.3.in tit.de Trebell.& Falcid.cap.6.fol.mihi 66.col.1. post med. quam nouissimè testatur eam veriorem dicens in iudicando, & consulendo tenendam Ceual. in pract.com.contra com.q.155.

12 Vnde † meritò in nostra praxi electionis, & variationis fori latissimè firmauimus regulam, quod habentes fori electionem ea non possint vti aduersus similem, & par ius habentes iuxta dispositionẽ ritus M.C.V.228. & 231. vt est videre in quæst 21. sect. 2. vbi num.8. ampliamus hoc procedere, siue actor sit maiori priuilegio priuilegiatus quam reus, siue non, vt post alios habetur per Franc. in decisio.553. imò dixi procedere etiam si ex vna parte essent plures personæ priuilegiatæ, nam hoc non obstante adhuc conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune, vt tradit Muscatell in sua praxi Sacri Consilij in Glo. competentes in addit in litera I. cum ad finem, vt concedatur priuilegium, l.vnicæ,C.quand Imper. nec consideratur vnio, sed pluritas personarum priuilegiatarum, sed quælibet persona de per se considera tur ratione suæ qualitatis personæ,& omnes sunt suffultæ priuilegio eiusdẽ legis,quo vtuntur vno,eodemq; tempore ad excludendum alium priuilegiatum, & non decursis temporibus vnus post alium, igitur pari ratione confunduntur, sicuti quando vnum esset potentius altero, & ius cõe erit seruandum,vt fuit dec sum in S.C.teste de Franch. in decis.188. & faciunt adducta per Afflict. in constit. statuimus,la 3.numer.19.in fine, dum dicit quod d.l.vnica non distinguit,nec nos distinguere debemus,vt &c.vide etiã dicta per Foller. in sua practic. crim. in tit.audiantur excusatores nu.104. dum allegat Bald.in consilio 365. libro 6

Quibus omnibus veris existentibus meritò in quadam facti contingentia interrogatus respondi dispositionem tex. in l fratres, C.de inoffic. testam.qua cauetur, vt turpi persona instituta valeat frater querelam inofficiosi testamenti dicere,non habere locum quotiescunque frater ipse

esset etiam turpis persona ex text. in l. in arenam, C. de inoffic. testam. vbi hoc not Ias. & in l. fratres, limit. 7. sequitur Thesaur. in decis. 126. num. 5.

QVAESTIO DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *An beneficium nostra Authenticæ habeat locũ quoties agitur de debito ex causa dotis.*

2 *Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet.*

3 *Statutum generaliter disponens, quod instrumenta non probent, nisi reperiantur registrata in memorialibus, non habet locum in instrumentis dotalibus, sed quomodo procedat, vide num. 4.*

5 *Lex generalis non includit causam dotis etiam erroneam.*

6 *Dispositio textus in l. fin. C. de his, qui bon. ced. possunt procedit etiam in causa dotis.*

7 *Causa studij est pariter priuilegiata, vt causa dotis.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ Auth. habeat locum quoties agitur de debito ex causa dotis.

1 Regula affirmatiua, scilicet † Authen. nostram habere locum in debito ex causa dotis, ex eo, quod dicta Authen. generaliter loquitur, &
2 † statutum generaliter loquendo generaliter intelligi debet Dec. in l. 1. de reg. iur. imo comprehendit omnes casus dotis Bald. in l. in fraudem, §. fin. ff. de milit. test. vbi, quod generaliter statutum est, generaliter est obseruandum, & comprehendit etiam casus priuilegiatos, omnesque casus includit, licet maior sit ratio in vno, quam in altero l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. & l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst.
Nec obstat dictum Salicet. in l. fin.
3 num. 3. de iur. dot. vbi † statutum generaliter disponens, quod instrumenta non probent, nisi reperiantur registrata in memorialibus non habet locum in instrumentis dotalibus, nam, vt Dec. in loco præcitato, aduer
4 tit † eius doctrina procedit in casu principali, nempè retentis terminis illius legis, vbi quod in causa dotis insinuatio non requiritur, inde infert Salic. si statutum generaliter disponit, quod instrumenta non probent, nisi reperiantur registrata in memorialibus, illud non habet locum in instrumento dotis, quia generalitas restringitur ad terminos iuris communis, secundum quos instrumenta dotalia non insinuantur, & sic non restringuntur cum ex dispositione illius textus dotis causa reperiatur specialiter priuilegiata, quod insinuari non debeat, & sicut iura, quæ requirunt insinuationem non habent locũ in dote, ita dicendum est de statuto, quod à iure interpretationem recepit, sed in hoc casu dos non reperitur specialiter priuilegiata, ergo comprehendi debet, argumento eorum, quæ dicunt Ripa in l. fin. num. 170. C. de inoffic. donat. & in l. 1. num. 14. & seq. ff. solut. matrim. & Tiraq. de retract. con sanguin. §. 1. glos. 14. num. 16. & seq. & Curt. iun. in l. hæres absens, ff. de iudic. vbi probat regulam positam per Ias.
5 † quod lex generalis non includit causam dotis est erronea, & si esset vera confunderentur infinitæ decisiones, & superuacuum esset super plurimis priuilegijs dotis disputare, an competant, vel non, idem voluit Paris. in cõ sil. 17. volu. 2. & facit doctrina Alex. in cons. 178. num. 10. vol. 7. quod in casu dotis pactum legis commissoriæ adiectum pignori est reprobatum, sicut in cęteris, nec doti debet concedi hoc
6 priuilegium, quia non est à iure expressum, quia sic esset multiplicare inconuenientia ad tradita per Bar. in l. insulam in 4. oppos. ff. de verbor. signific. & hanc opinionem probat Natta in

in cons.401.num.6.& seq. vbi respondet ad Bald.in cons.359.& ad Paul. de Castr.in cõs.78 & alios Doctores, qui in contrarium adducuntur, idem sequitur in cons.613.nume.7.Menoch. cons.74.num 21.& in cons.190.Ioannes Baptista de Santo Blasio in tract.
6 de priuil.doral.priuil.250. vbi † quod dispositio l.fin.C. de his, qui bon. ced. poss. procedit etiam in causa dotis, quod colligitur etiam ex glo.in l.si cõstante,§.quoties,ff.solut.matrim.quæ allegat.d.l.fin.Borrell.super pragmat. de compromiss §.2.gloss.1.nume.404. vers.nec obstat,quod illa pragmatica habet locum in causa dotis, ex quo dos non est priuilegiata in hoc, vt & in tract.de compromiss.quæst.4.num. 20.Caran.super pragm.filiosamil.§.9.
7 numer.27. vbi † quod illa pragmatica procedit etiam in filiosamilias causa studij stãte illius generalitate,& causa studij à pari procedit cum dote Bart.in l.1.in fine, & ibi communiter omnes,ff.solut.matrim. Franc. in decis.219. & decis.286.vbi, quod exceptio hostica comprehendit causam dotis, & quod doctrina Salic. non aliter est vera ex dictis per Bald.in l.in fraudem,§.fin.ff.de testam.milit.idem tenet Crot.in repet.l.si cessante in 2.lectur.num.11.ff.solut.matrim.& probat Vrsill. ad Afflict. in decis.111.vbi num.7.dicit fuisse indicatum in reuelatione dotis ob vitium ingratitudinis mulieris ex dispositione l.fin.C.de reuoc.donat.& ibi Ripa nume.170.& sic dotem comprehendi sub lege generali, dum nõ reperiatur specialiter priuilegiata in illo casu, quare hæc opinio est communis, & melioribus fulcita rationibus,& ideo firmo dispositionem Authen.hoc nisi,habere locum etiam in debito ex causa dotis, vt in proprijs terminis est videre penes Cephal.in cons.195.nume.11.volum 2.quem post hæc scripta vidi.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio nostra authentica habet locum quoties bona debitoris reperiuntur vendi, sed non iusto pretio.*
2 *Paria sunt emptorem non reperiri, vel iustum rei pretium non offerri.*
3 *Non esse dicitur, quod inutiliter est.*
4 *Oculus inutilis non reputatur oculus.*
5 *Manus arida non reputatur manus.*
6 *Mulier habens virum inutilem dicitur vidua.*
7 *Mulier habens virum exulem, vel damnatum ad triremes potest agere [ad] repetitionem dotis.*

ARGVMENTVM.

An dispositio nostra Auth. habeat locum quotiescunque bona debitoris reperiuntur vendi, sed non Iusto pretio.

1 Regula sit affirmatiua † Dispositionem nostræ auth.habere locũ vbi reperiũtur vendi bona debitoris, sed non iusto pretio,vt in proprijs terminis tenet Afflt.decis.358.sub. nu. 5. & seq.quem refert,& sequitur Pascal. de viribus pat.potest.part.2.c. 9.sub. num.95.& vide Franc.in decis.81. nu.
2 1.cum † paria sint emptorem non reperiri,vel iustum rei pretium non offerri teste Bal.in l.2.in fin.C.si in caus.
3 Iudex,† nõ esse enim dicitur quod in-
4 utiliter est,vnde videmus,quod † oculus inutilis non reputatur oculus,nec
5 † manus arida reputatur manus Bal. in auth.conuenticula col.3.C. de Episcop.& cler.& in auth. sed nouo Iure col.fin. C. de seruis fugit. paria enim sunt non esse,vt dixi,vel inutiliter esse ex regula textus i l. quoties vbi Ias. ff.qui satisdare cogantur latè Vant.in tit.infra quod tempus num.26.

Vnde videmus meritò euenire qđ
6 † vidua dicatur mulier habens virum inutilem,ita quod potest gaudere beneficio

neficio electionis fori vti vidua, vt latè fuit per nos firmatum in nostra praxi electionis, & variationis fori q.8.
7 Sect. 1. ita quod † mulier sic inutiliter nupta, puta, quia habet maritum exulem, vel damnatū ad Regias triremes, potest vtique agere ad repetitionem dotis, sequuntur Lupus in ca. per vestras §. 18. num. 12. fol. 105. de dona. inter virum, & vxorem Rom. cons. 187. in fin. magis in terminis Couarr. practicarum quæstionum c. 7. col. 7. vers. est in hoc, & astuciter diximus in ad dit. ad d. praxim elect. fori citat. q. 8. vbi posuimus allegationes factas circa istum articulum.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nostræ authenticæ non habet locum in contractu Iurato, quod limita vt num. 7. & 17.*
2 *Iuramentum obligat præcisè ad factum*
3 *Obligatio propter Iuramentum adhibitum augetur, & efficacior redditur.*
4 *Contractus Iuratus non debet adimpleri per æquipollens.*
5 *Refertur, & approbatur opinio D. Riccij*
6 *Beneficium cap. Odoardus non habet locum in contractu Iurato.*
8 *A qualibet generali renunciatione censetur exclusus casus inopinatus.*
9 *In Iuramento semper intelligitur rebus sic stantibus*
10 *Iuramentū non obligat ad impossibilia.*
11 *Quæcunq; promittuntur semper intelliguntur promissa in casu possibili.*
12 *Mandatum sufficit adimpleri prout possibile est.*
13 *Fideicommissarius agere nequit ad bona subiecta fideicommisso antequam restitutam hæreditatem re, vel verbo, sed fallit num. 14.*
15 *Quis non prohibetur agere absq; cessione actionum, quando actiones cedi nō possunt propter absentiam, vel mortē procuratoris sine hæredibus.*
16 *Iuramentum licet obliget præcisè ad factum intelligitur quando factum est possibile.*

Io. Mariæ Nouarij.

ARGVMENTVM.

An dispositio nostræ Auth. locum habeat quādo debitum est iuratum, & quis promisisset cum Iuramento soluere in pecunia.

1 Regula sit negatiua † quod d. Authentica hoc nisi debitor non habet locum in contractu iurato, idest quando quis promisisset cū Iuramento soluere in pecunia Alex. cons. 37. nu. 27. lib. 2. Ias. in cons. 2. dubio 3. Gozad. cons. 32. Guttierez de Iurament. confirmatorio cap. 29. nu. 5. Baez. de inop. debit. cap. 1. num. 50. Benintend. dec. 28. Molignat. in suis quisquil. cas. 436. Thesau. in decis. 153. vbi ait quod hāc opinionem probauit Senatus in causa Votignasci Dec. & Rip. in l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet. Trentacinq. Variar. Resolut. lib. 3. Resolut. 36. nu. 5. de solut. Barz. in dec. Bonon. 40. Rolan. à Val. in cons. 31. in princ. vol. 2. Bertazzol. de Clausul. Instrum. clausula 41. glos. 5. num. 2. Laurent. in decis. Auen. 132. Rota Bononiæ diuer. in decis. 70. in Addit.
2 Quorum opinio probatur, quia † Iuramentum obligat præcisè ad factum Glos. communiter recepta in l. si pecuniam in principio ff. de cond. caus. dat. Gozad. cons. 32. nu. 12. Alex. cons. 91. nu. 6. lib. 2. Natta cons. 426. nu. 31. Caccher. decis. 92. num. 19. Roland. cōsil. 6. nu. 32. lib. 1. Ias. communem appellans in d. l. si pecunia num. 23. in ff. Gabriel. multos cumulans in concl. 8. de Iur. Iur. latissimè noniter plures adducens Borrell. in sua summa decis.
3 in tit. de Iuramēto n. 45. & † propter adhibitum iuramentum obligatio augetur, & efficacior redditur, vt multis exemplis comprobat Ias. in l. si cōuenerit, nu. 8 & seq. de iurisdict. omn. iudic. exornat Roland. in cons. 6. nu. 40. & seq. libr. 1. & cons. 8. numero 38. ita quod quando in contractu interuenit,

4 uenit, & apponitur iuramentum † debet obseruari, atque impleri in forma specifica, neque adimpleri poterit per æquipollens Felin. in capit. ad nostram nume. 12. de iur. iur. Gozad. cons. 22 num. 11. & 12. Simon de pret. cons. 138. num. 34. Brun. de cess. Bonor. quæst. 73. princip. num. 13. Cesar de Grass. in decis. 148. num. 15. Neuiz. cons. 50. num. 17. vbi quod iuramentum importat formam, ita quod non verificatur in casu ficto, vt de communi testatur Gozad. in cons. 32. nu. 15. & 16.

5 Ex quibus apparet † verã esse opinionem D. Riccij in sua praxi resolu.
6 255. parte 1. dum firmat † beneficium cap. Odoardus locum non habere in contractu iurato, cui opinioni se subscribunt etiam Foller. de censibus in versic. huiusmodi censualia num. 19. Seraphin. de priuil. iuramenti priuileg. 56. numer. 7. Gomez super regul. Cancel. in compend. vtriusque signaturæ colum. fin. Brun. de cession. bonor. quæst. 3. princip. num. 17. Burg. de Landeni. parte 2. inspect. 19. num. 35. Farinac. in pract. crimin. quest. 27. num. 70. quos refert, licet non sequatur Grass. de effect. clericat. effect. 7. num. 40. vbi ipse concordando opiniones cõtrarias facit distinctionem circa istum articulum.

7 Limita primo † non procedere cõclusionem firmatam quando succedit casus insolitus, & inopinatus, prout in terminis scribit Rip. in d. l. 2. §. mutui datio sub numer. 28. vbi etiam Purpur. num. 116. Magon. in dec. Florent. 66 num. 16. Natt. in addit. ad cõsil. Alex. 37. numer. 5. Ludouic. decis. 64. Trentacinq. variarum resolut. lib. 3. resolut. 36. sub num 5. nouiter Pascal. de patria potest. cap. 9. num. 90. part. 2 vbi refert meritò Sacrum Cõsilium hunc casum indecisum reliquisse, vt dicit Franc. in decis. 81 in fi.
8 semper enim † à qualibet generali renunciatione censetur exclusus casus insolitus per textum notab. in l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahend. empt. cum cæteris relatis à Ias. & Bar. in l. sed, & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. vnde promissio soluendi in pecunia intelligenda est, si ex venditione bonorum pecunia haberi potest, ita quod si superuenit casus insolitus, in quo factis omnibus diligentijs non reperitur emptor, ex quo deficit pecunia iuramentũ ad hunc casum nõ
9 porrigitur, † nam semper in eo subintelligitur clausula rebus sic stantibus, l. quod Seruius, ff. de condict. ob caus. cap. 2. de iur. iur. cap. ne quis 22. quæst. 2. Innocent. in c. quemadmodum de iur. iur. Roland. à val. in cons. 7. num. 57, volum. 3. & propterea nullam operationem adducit renunciatio facta per debitorem nostrę auth. etiam cum iuramento, si facta omni possibili diligentia super venditione bonorum non reperitur emptor; nã
10 † iuramentum nõ obligat ad impossibilia in terminis nostris vide pract. Papieus. in for. resp. libel. in act. hypot. in versic. exceptionem solutionis in fin. Ludouic. in decis. Perus. 64. num. 9. & seq. Benintend. pulchrè in decis. 28. Fachin. in controuers. iur. libr. 10. capit. 63. pro cuius opinionis
11 corroboratione facit, nam † omnia debent intelligi promissa in casu possibili, secus vbi præstari nequit, quæ conclusio probatur ex eo, quod scribit Ioan. And. super regul. in toto de regul. iur. in 6. vbi licet formæ solemnitas debeat præcisè, & ad vnguem seruari, illud tamen non procedit quoties talis forma obseruari non potest, nam valet actus forma illa non seruata, refert, & sequitur Abb. in consil. 25. colum. 2. Alex. cons. 206. dub. fi. lib. 6. vbi quod non attenditur solemnitas, quæ adhiberi non potest, similiter mandatum debet præcisè, & ad vnguem impleri in forma specifica l. diligenter, ff. mandati cap. cum dilecta, vbi scribent. de rescript. istud tamen non habet locum, quando præcisè, & in forma specifica impleri nõ

potest,

12 potest, quia † sufficit illud impleri pro vt possibile est Abb. in consil. 65. libr. 2. & hinc licet actus debeat impleri, & explicari intra terminũ constitutum, tamen si intra tale tempus & terminum perfici nequit, sufficit explicari post terminum idem Abb. cons. 64. colum. 1 lib. 2. per textum in l. fin. C. de adult. cap. ex ratione de appellat.

13 Vnde meritò videmus, quod † licet fideicommissarius agere nequeat ad bona subiecta fideicommisso ante restitutam hæreditatem re, vel verbo l. 1. C. commun. de leg. glos. in l. si sine C. ad trebel. tamen si hæreditas restitui non possit, quia hæres grauatus, qui debebat restituere decesserit absque hæredibus, † potest tunc fideicommissarius agere sine alia restitutione l. pen. vbi Bar. C. ad Trebell.

14

15 Hinc à simili videmus, quod † in casu, in quo agere prohibetur quis absque cessione actionum, puta Dominus ex contractu procuratoris, tamẽ agi potest, quando actiones cedi non possunt, propter absentiam, vel mortem procuratoris sine hæredibus Bal. in cons. 238. lib. 5. per text. in l. 1. ff. de instit.

Ex quibus omnibus, & alijs, quæ prætermitto, satis inferri potest ad limitationem per nos adductam, quod

16 † licet iuramentum obliget præcisè ad factum, istud tamen intelligitur, quando factum illud possibile est, alias sufficit iuramentum impleri, & obseruari, prout possibile est, & sic per dationem bonorum.

17 Declara secundò, † procedere firmatam conclusionem, quando cum iuramento promisisset soluere in pecunia numerata, vel in pecunia, & nõ in alia re, at secus si cum dicto iuramẽto promisisset soluere cẽtum, vel obligat, simpliciter se ad centum, quæ cum iuramento soluere promisit, & non exprimat, in pecunia, & non in alia re, nam tunc non obstante iuramento locum habet dispositio nostræ

Auth. hoc nisi de solut. Thesaur. d. decis. 153. vbi scribit hanc declarationẽ Senatum illum approbasse, sequitur Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. resolut. 36. sub num. 5. qui tradit in hoc casu loqui Ludouic. in decis. 64.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Debita debent solui, vt sunt promissa, nisi debitor pecunia careat, & rerum suarum emptorem non inueniat, & etiam declaratur num. 16. quod procedit etiam in debito dotis, vt in num. 3. & sic ampliatur in debito dotis beneficium auth. hoc nisi debitor, C. de solut.*

2 *Creditor annuorum redditũum, an compelli possit inuitus bona immobilia æstimata in solutum accipere tam pro sorte principali, quam pro redditibus decursis, & decurrendis vsque ad realem dationem in solutum præcedentibus requisitis a iure, & num. seq. per totam quæstionem præcipuè, num. 14. & 15. & 36. & quid sit tenendum, num. 38. & seq.*

4 *Lex vtitur sua Clementia in cedendo beneficium debitoribus non valentibus soluere in pecunia numerata, exacta diligentia in subhastandis rebus suis præcedente emptoribus non inuentis, vt bona in solutum tradere possint, nec sunt necessariæ subhastationes, dũmodo aliter probetur diligentia debitoris in perquirendis pecunijs, vt in num. 5 requiritur tamen quod simul quoque cum bonorum oblatione sufficiens fideiussor offeratur de euictione, num. 6. & 7. & 8. quomodo hoc intelligitur, sed hac benignitas cum præiudicium tertij contineat strictè est accipienda, num. 17. & num. 18. contra quod fuerit introducta hæc benignitas.*

9 *Si debitor fideiussorem non reperiat statur eius iuratoriæ cautioni cum hypotheca bonorum.*

10 Maior ratio uidetur militare, vt superiora procedant in creditoribus annuorum redditium, quam debitorum solutorum contrarium, num. 50.

11 Donans certum annuum redditum ex possessionibus suis nominibus earum non editis necesse habet dare fundos mediocres eiusdem redditus, ut liberetur, & sic quotidie seruatur, vt nu. 12. & vide num. 51.

13 Quando relinquitur alicui prædium cũ onere soluendi aliquid ex redditibus eiusdem prædij, an liberetur relinquendo prædium creditori, & vide etiam num. 54.

16 Aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest.

19 Beneficium auth. hoc nisi debitor, C. de solut. soli incarcerato competit.

20 Beneficium dict. auth. hoc nisi, C. de solut. an habeat locum in debitore iurãte adimplere promissa, & numer. 21. ubi etiam an sit necessaria relaxatio iuramenti.

22 Beneficium d. auth. C. de solut. non est concedendum creditore nihil petẽte, nec molestiam debitori inferente.

23 Beneficium d. auth. hoc nisi debitor, de solut. loquitur in illis debitis, quorum creditores habent actiones ex quocũque contractu ad recuperanda debita in debitores inuitos ne marcescant in carceribus.

24 Debitor is est, & intelligitur a quo inuito exigi pecunia potest, & per contrarium ille creditor est, qui alienam fidem sequutus mox recepturus est qui que actionem habet nulla exceptione elidibilem.

25 Creditor quis dici potest conditione pendente quo ad quadam, vel spei debitor; non tamen propriè, & absolutè multoque minus ad gaudendum priuilegijs, quæ veris, ac afflictis debitoribus dantur, adeò ut per defectum cõditionis non dicatur quis liberari, sed nunquam fuisse debitor.

26 Annus redditus an præscribi possint.

27 Creditor tenetur recipere solutionem à tertio sibi oblatam, sed an id in redimendo censum locum habeat.

28 Fraudis magna occasio daretur, si liceret bona æstimata offerre pro datione in solutum sortis principalis census, & redditum decursorum, de qua fraude hic agitur.

29 Debitum sortis principalis census reducitur ad actualem obligationem ob concursum debitorum in fauorem creditorum, & ideo non debet in eorum odio retorqueri, vt in nu. 30.

31 L. à Diuo Pio, §. si pignora non habet locum inuito, sed uolente creditore, ut patet ex eo tex.

32 Debitor speciei, si eam habeat, vel faciliter comparare possit compellendus est præcise ad eam in indiuiduo soluẽdam, nec potest pro ea alia bona æstimata in solutum dare.

33 Debitor non admittitur offerendo æstimationem pro vino, aut frumento debito, nec farinam pro frumento debito, vt num. 34.

35 Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.

37 Debitor ad hoc, vt liberetur ab vsuris, quæ requirantur, & debeat facere.

41 Beneficium quietationis, & dilationis à maiori creditorum parte concessæ præiudicat creditoribus, qui alias habent hypothecas, vel fideiussorem.

42 Cessio bonorum facta debitore principali eius fideiussori non prodest, & numero 43.

44 Cessante paupertate, cessare debet priuilegium ob illam concessum.

45 Hypotheca annuorum redditium est præcipuum fundamentum Constitutionis censuum, & in eius possessore habet locum uia executiua, sine excussione aliorum bonorum principalis debitoris.

46 Creditor annuorum redditium tenetur prius in bonis maioratus excussionem facere, quam in cæteris bonis experiri, quod ei debetur propter specialis hypothecæ naturam, & nu. 47.

48 Beneficium auth. hoc nisi debitor, C. de solut. non rebus, sed tantum personæ debitoris conceditur, & ideo tertius pos-

possessor bonorum hypothecaria actione conuentus eo beneficio uti non potest.

49 *Authent. hoc nisi debitor. C. de solut. in quibus debitis procedat.*

ARGVMENTVM.

An stante dispositione nostra Authentica cogatur creditor annuorum redditu um bona immobilia æstimata in solutum accipere, tam pro sorte principali, quam pro redditibus decursis usque ad realem dationem in solutum.

ARticulus supra propositus adeo diffusè, & benè tractatur à Guttierez in lib. 1. pract. quæst. 146. vt visum est hic per eum reportata adducere.

Pro affirmatiua autem opinione adducit, quod auth. hoc nisi, C. de solut. & §. quod autem auth. de fideiussor. indistinctè, & generaliter loquuntur in quibuscunque debitis, & debitoribus præcipuè in l. partite, ibi, *Pagamento de las deudas deue far feilio, &c.*

1 † & debita debent solui, vt sunt promissa, nisi debitor pecunia careat, & rerum suarum emptorem nō

2 inueniat, † sicque comprehendunt debitorem annuorum redditum, quia cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio cum similib. de publ. in rem actione, hinc

3 est, vt † procedant etiam in debito dotis, quia licet aliàs sit priuilegiatū, in hoc tamen non inuenitur exceptum, vt latè iure comprobat Honded. cons. 18. per totum præcipuè numero 56. ad finem cum sequent. licet contrarium velit Cephal. cons. 195. numero 1. lib. 4. pro quo est text. in l. penult. ff. de iure dotium, sed nihilominus secundum priorem sententiam iudicauit Senatus Pedemont. in fratre conuento à sorore ad solutionem dotis promissæ, secundum Thesaur. decisio. 153. num. 5. Secundo, quia eadem ratio militat in nostra specie debitoris annuorum redditu um, quæ in cæteris debitoribus *de deudas sueltas*, vt communiter nuncupatur, ergo idem in vtrisque statuendum est, arg. l. illud cum simil. ff. ad leg. Aquil.

4 Lex † enim sua clementia vtitur in concedendo hoc beneficium debitoribus non valentibus soluere in pecunia numerata præcedente exacta diligentia in subhastandis reb. suis em

5 ptoribus non inuentis, vt in dictis iuribus, † quinimo subhastationes non sunt necessariæ, dummodo aliter probetur diligentia debitoris in perquirendis pecunijs, quæ sola consideratur, vt habetur in d. authent. hoc nisi, & per Rip. in l. 2. §. mutui dationum. 25. in fin. ff. si cert. petat. subhastatio enim fieri solet ad probandum, an diligentiam legitime adhibuerint, vnde quomodocumque probetur diligentia sufficit, vt iure probat Honded. vbi supra num. 55. qui num. 56. addit minimè opus esse citatione partis ad fieri videndum bannimenta, re

6 quiritur, quod † simul cum bonorum oblatione sufficiens quoque cautio, & sic fideiussor creditoribus offeratur de euictione, adeo quod non sufficeret, si vellet postmodum illā cautionem præstare secund. Rom. consil. 163. incipiens constitutio Curiæ nu. 5. ex Angel. in l. de pupillo, §. fin. ff. de nou. oper. nun. Ludouic. decis. Perus. 64. num. 6. Ias. cons. 9. lib. 1. Thess. vbi

7 supra num. 12. † sufficit tamen quod debitor offerat se incontinenti daturum fideiussorem, vt ex alijs probat Purpurat. in l. 2. §. mutui dationum. 118. ff. si cert. pet. qui hoc modo tem-

8 perat dictum præcedens Rom † similiter etiam limitat quando debitori omninò essent remansura plura alia bona immobilia, quę hypotecata manere possent pro euictione, nisi quoque fideiussores reperire posset, quia tunc vtrumque tenetur facere, & pręstare secundum ipsum Purpur. ibid. num. 119. qui nu. præced. tenet, quod

9 † si debitor non reperiret fideiussorē

stare-

ftaretur eius cautioni iuratoriç cum
hypotecabonorum, vt declarat glos.
in corpore d. auth. & probat text. ibi
cum omni cautela possibili.

Hoc igitur beneficium legis tan-
quã Principis latissimè est interpre-
tandum l. beneficium cum similibus
ff.de coust. Principum, pręcipuè cum
hic noster casus comprehendatur sub
proprietate verborum dictorum, iu-
rium, nempe *Porque son deudas las de*
los iures.

10 Quinimo, & tertio fortius † annui
redditus comprehendi debent sub di-
spositione prædictorum iurium, quia
& si annui redditus (seruatis tamen
seruandis) à sede Apostolica, Roma-
nisque Summis Pontificibus appro-
bati sunt, & ita necessariò profiten-
dum, attamen cum hi creditores an-
nuorum redditum aliquibus annis
eis gauisi fuerint. & sæpe sæpius con-
tingat maximè his temporibus pro-
pter maximam penuriam nummo-
rum, vt quam plurimis annis reddi-
tus perceperint, & non nunquam
quod redditus precepti adęquaue-
rint sortem principalem, si forte eam
iam non excesserint, maior ratio mi-
litat compellendi in hac specie credi-
tores annuorum redditũ accipere
bona æstimata in solutum pro sorte
principali, & redditibus decursis non
solutis, cum & si in hoc quodamodo
grauari ipsi videantur in alio relena-
ti inueniantur, nempe quod plures
redditus suæ sortis iam exegerint,
quam in coeteris debitis, quæ soluta
vocantur, quorum creditores nihil
perceperint, sed suas facultates gra-
tis debitoribus crediderint mutuo,
vel aliàs ad creditum vẽdiderint, aut
locauerint sine aliquo interusurio,
quinimò forsan debitor illud accepe
rit ex vsu pecuniæ, vel fructibus rei
venditæ, aut vsu rei locatæ.

Quarto pro hac parte facit textus
in l. si quis argentum, §. si verò, C. de
11 donat. vbi deciditur, quod † donans
certum annuum redditum ex posses-
sionibus suis, nominibus possessionũ
non editis, necesse habet dare fundos
mediocres eiusdem redditus, ergo dã
do hos fundos in solutum liberatur,
est igitur ibi textus ad hoc, quod si de
bitor non vult habere onus portandi
fructus ad domum creditoris, potest
dare creditori fundum, vnde eos su-
scipiat secundum Bald. in proprio lo-
co sub num. 7. in vers. si verò Ias. in l.
non amplius. §. cum bonorum, ff. de
12 legat. 1. vbi † id dicit notandum tan-
quam quotidianum Caccialup. in tra
cta. de pensionibus, q. 16 num. 21. vo-
lum. 5. tract. d uersor. ergo ità, & eodẽ
modo dicendum in debitore annua-
rum pensitationum, vt factis diligen-
tijs debitis, & non inuentis peculijs
possit compellere eius creditores an-
nuorum redditum ad accipiendum
bona immobilia æstimata in solutũ,
ex quibus possint percipere totidem
in redditus quotannis.

Quinto facit l. filiusfamilias, §. apud
Marcell. ff. de leg. 1. vbi habetur quod
13 † quando relinquitur alicui prædiũ,
& præcipitur ei præstare onus, quod
piam ex redditibus illius prædij, si ve-
lit is legatarius relinquere prædium,
creditori, liberatur hoc faciendo. per
quem text. ita tenet Io And. in addit.
ad Speculat. in tit. de instrum. edit. §.
d quod de impugnatione, in vers. nunc.
dicamus de inuentar. num. 15. in ad-
dit. incip. de Trebellianica litera L.
ibi sed adhuc quæritur.

14 Et in terminis ex supradictis † ita
deducit Tiraq. de vtroque retract. li-
bro 1. § 1, glo. 7. num. 20. in princip. &
sequitur nouissimè Azeued. in l. fi. sub
num. 133, tit. 21. lib. 5 nouæ collect. di-
cens quod quamuis Tiraquel. id velit
procedere in donatione, idem tamen
est in contractu oneroso si plures ad-
sint creditores bonorum hæredita-
riorum, vel non hæreditariorum, si in
hoc vltimo casu non reperiatur em-
ptor bonorum affirmans se iam ita
vidisse vna sententia in praxi fuisse
decisum, licet pro nunc non affirmet,

vt

vt solidum, & firmum hoc de bonis æstimatis in solutum pro censibus dādis, sed quod de æquitate deberet in iudicijs admitti passim, quinimò & olim hęc pars affirmatiua in praxi vigait, & obseruabatur exequutorijs literis super hoc latis in curia Vallisolet. vt vidi, & alij testantur vidisse.

Hæc autem sententia, vt prædictis
15 fundamentis patet † procedit, & loquitur tantum quando bona immobilia æstimata offeruntur, & dantur in solutum pro cēsibus, ex quibus bonis immobilibus redditus percipi possint non verò procedit in bonis mobilibus æstimatis in solutum oblatis, siquidem ex eis nulli redditus colligi possunt pro satisfactione annuorum redditunm, quia tunc cessant fundamenta huius primæ partis, eorumq; ratio.

Rursus pro contraria parte, & sic negatiua adsunt in specie præmissa non inferiora fundamenta, imò fortissima.

Primum quidem regula vulgaris,
16 & generalis, quæ habet † aliud pro alio inuito creditore solui non posse, l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat. l. si se non obtulit, §. ait prætor. ff. de re iudicat. Hondcd. consil. 18. nu. 24. cum sequentibus, nec obest, quod hæc regula sit legis clementia modificata, quādo debitor pecunia caret, & rerum suarum emptorem non inuenit, vt in d. auth. hoc nisi debitor, C. de solut,
17 quoniam benignitas hæc † cum præiudicium tertij contineat, & sit exorbitans à iure communi, & contra mētem contrahentium strictè accipienda est, & quominus possit creditorū iuri derogare, de Franchis decisio. 81.
18 num. 7. ad finem, † fuit enim ea benignitas contra acerbissimam creditorum in debitores potestatē introducta, qua non adimplentes promissa non modo in bonis eos exequi solebant, sed & corpus vincire, cruciare in partesque dissecare, vel venundare cum vxore, & filijs, de quo fit mentio in Euāngelio Matt. c. 18. & rigidissima in hoc stabat lex duodecim tabularum, de qua meminit Fal. lib. 7. Instit. c. 8. Thess. decis. 153. & saltem debitor non soluens creditori seruituti ad dicebatur, & ignominiosum bonorum cessionis beneficium vltimū erat debitoris remedium, in quod cum omnimodo deueniendum esset lenire voluit Iustinianus creditorum iracundiam, sine eorum bursæ incommodo, aut præiudicio, nam cum solutio debiti in illis bonis cessis necessario erit facienda cum debitoris ignominia nihil creditorū intererat ignominiæ remotio, vt ostenditur manifestè in d. §. quod autem auth. de fideiuss.

Ex quo meritò dicebat Castel. in l. 20. Tauri in glos. en dineros num. 5. ad
19 finem † quod beneficium illud soli incarcerato competeret, & fulciri potest, eo scilicet ne in carcere marcescere cogerentur.

Hinc etiā dicebat Ludonic. in decis. Perus. 64. nu. 8. cum sequen. visum
20 fuisse magis communiter, quod † licet ob virtutem iuramenti quis teneatur præcisè adimplere promissa cum iuramento, nihilominus, ne caro humana marcescat in carceribus, communi calculo constituerunt, vt si quis bona sua subhastasset, & perquisisset emptores, eosque non inuenisset, & docuerit esse pauperem, & non habere modum soluendi in pecunia offerretque fideiussorem, & listā bonorum suorum ad libitum creditorum iuxta dispositionem nostrę auth. tunc non obstante pacto iurato liberetur, & creditor inuitus teneatur recipere bona æstimata in solutum, vt ibi latè nititur probare cum communi, & probat latius Hondcd. vbi supra num. 36. cum seq. sed Ludouic. vbi supra num. 12. cum sequentib.
21 † ampliat vt procedat non solum tacitè sed etiam expresè medio iuramenco renunciando dispositioni, dictæ nostræ auth. quamuis in hoc contra-

trarium, vt verius, prout est, probauit de Franchis d. decis. 81. nu. 9. cum sequent. sequitur Thess. vbi supra nu. 13. vbi quod secundum hanc opinionem, quæ videtur communis iudicauit Senatus, id quod etiã tenuit Honded. vbi supra num. 48. procedit ergo prima opinio communis contraria in iuramento simplici, & generali de soluendo certam quantitatem, tunc enim si factis necessarijs diligentijs, debitor, qui iurauit non inueniat pecunias, nec eas possit soluere, poterit nihilominus vti dicto beneficio, etiã non obtenta prius absolutione à iuramento, licet enim tutius esset eam obtinere, nihilominus non est necessaria, vt contra Ludouicum probauit Honded. vbi supra nu. 52. Sed nihilominus dum Ludouicus requirit absolutionem à iuramento, eius opinionem in hoc sequitur Thess. vbi supra num. 13. ad finem, vbi etiam tenet hanc declarationem, de qua agimus, dicens ita intelligendum esse Ludouic. vbi supra, secus verò erit, si iurauit in specie soluere in pecunia numerata, & à fortiori, si cum iuramento renunciauit beneficio d. Authen, quia tunc cessabit eius beneficium, vt tenet Gozad. consil. 27. num. 28. & cons. 32. numer. 19 Honded. vbi supra nu 44. Hanc eandem limitationem sequitur Thess. vbi supra num. 13. dicens, quod eam probauit Senatus.

22 Fit igitur ex supradictis quod † creditore nihil petente, nullamque molestiam debitori inferente, non est ei immaturè beneficium hoc indulgendum, cum si hoc fieret magis abuteretur debitor beneficio legis, quam vteretur eius benignitate, & legum clementia in malitiæ commodũ conuerteretur contra text. in l. superuacuam, in fin. C. depos. l. itaque fullo, ff. de furtis, & in c. si ad probationem, 22. q. 4.

23 At cum † beneficium d. auth. hoc nisi, vt ex eis patet loquatur in illis debitis, quorum creditores habent actionem ex quocunque cõtractu ad recuperanda debita in debitores in-

24 uitos, ne marcescant in carceribus, † debitor autem is est, & intelligitur saltem in proposito, à quo inuito exigi pecunia potest, l. debitor. ff. de verbor. significat. & per contrarium ille creditor est, qui alienam fidem sequutus mox recepturus est, l. 1. ad finem, ff. si cert. petat. quique actionem habet nulla exceptione elidibilem, l. creditor, ff. de verbor. significat. meritò vt in specie nostræ quæstionis locum non habeat cum debitor census cogi non possit ad eum redimendum inui-

25 tus, & quamuis † conditione pendente quis creditor dici possit quoad quędam, vel speciei creditor, vt in l. 1. is cui. ff. de act. & obligat. l. creditores 10. ff. de verbor. signific. non tamẽ propriè, & absolutè, multo minus ad gaudendum priuilegijs, quæ veris, ac afflictis debitoribus dantur, adeo vt per defectum conditionis non dicatur quis liberari, sed nunquam fuisse debitor, vt in l. decem ff. de verb. signific.

Cum ergo in annuis redditibus, de quorum redemptione agitur. Sors ab inuito census debitore exigi non possit ex natura contractus censualis, ita constituta per Extrauag. Mart. & Calist. de empt. & vendit. dici non potest, qui censum constituit super suis bonis immobilibus sortis debitor, nec Dominus cẽsus, creditor sortis, vt illi aduersum hunc competere possit beneficium, de quo agitur.

26 Hinc dici solet † annuos redditus præscriptione tolli non posse hoc est nõ incipere eorum præscriptionẽ ab exordio obligationis, sed à tempore cessationis cuiuslibet anni, vel mensis, vel alterius singularis rei in obligatione adiectæ, quia eorum quotannis nascitur obligatio nec præexistit sortis debitum vt in l. cum notissimi, §. in his, C. de præscript. 30. ann. & ibi Salic. Guid. Pap. decis. 406. ob eamq;

27 rationem, † licet aliàs teneretur creditor recipere solutionem sibi à tertio

tio

tio oblatam l.tale pactũ,§.post diui-
sionẽ,ff.de pact.vbi Ang. tradit Paul.
de Cast.nu.2.id tamẽ in annuis reddit.
non procedit, nec tenetur dominus
census eum redimere ad instantiam
tertij,vt ei cedat iura argum. eorum,
quæ tradit Baldus cons.190. volum.5.
sed circa præscriptionem annuorum
reddituum tenendum est, quod resol-
uit Guttierez lib.1.pract.q.90.num.3.
cum sequentibus, meritò ergo, quod
beneficium nostræ auth.hoc nisi cum
similibus, non procedat in his censuũ
redemptionibus.Quod etiam ea ma-
28 xima ratione fulcitur, si † aduerta-
mus,in contrarium multis,ac dolosis
debitorum fraudibus in magnum cre
ditorum damnum portas aperiri,quis
que enim census debitor optima sibi
anni sterilis, in quo difficilius rerum
inueniuntur emptores occasione vte-
retur, vt æstimatis suis rebus immobi
libus,quæ sæpè parui sunt lucri, quod
nuper in pecunia recepisset principa
lem sortem census offerret, & redi-
meret in bonis immobilibus æstima-
tis, hoc namque negari non potest,
quin in maximum absurdum, & cre-
ditorum damnum fit, maxime cum
neque ab eo tũc exigetur redemptio,
neque exigi possit, nec præcisè tunc
debet fieri solutio sortis, sed quando
ipse debitor voluerit,commodiusque
posset expectari tempus, si bona sua
immobilia ad redimendos census ven
di voluerit,quibus fraudibus omnino
obiaciandum est,l.in fundo,§.censui-
mus de fermis corruptis.
29 Nec dicatur † ob creditorum con-
cursum debitum sortis census ad a-
ctualem obligationem reduci & vo-
luntarium iam necessarium fieri, arg.
30 l.quæsitum, ff. de pignor.nam † cum
id procedat in fauorem credito-
rum non debet in eorum odium retor
queri contra legẽ quod fauore, C. de
leg.l.generaliter,§.in his,C. de secun-
dis nuptijs,ca.quod ob gratiam de re-
gulis iuris.& cum ipsi censuum domi
ni nolint isto priuilegio vti, quod ex
concursu debita voluntaria necessa-
ria fient in inuitos conferri non po-
test, nec debet huiusmodi beneficiũ &
l.inuitus,§.quod cuique,ff. de regulis
iur.alias enim duo concurrerent spe-
cialia contra regulam l.1.C. de dotis
promiss. alterum, quod census posset
redimere offerendo immobilia æsti-
mata in solutum aliud, quod benefi-
cium concessum aliàs in fauorem cre
ditorum in eorum odium retorque-
31 retur, non etiam impedit † l.à Diuo
Pio,§.si pignora,ff. de re iudic. & l.se-
cund.C. si in caus.iudic. vbi si non re-
periantur emptores,res addicitur cre
ditori, quia nec ibi dicitur, quod res
æstimata addicatur,sed potius pro ea
quantitate, quæ debetur,nec illud lo-
cum habet in inuito, sed tantum vo-
lente creditore,vt patet ibi, *Si credi-
tor maluerit.*

Secundo principaliter hęc pars ne-
gatiua illo peremptorio astiui vide-
tur fundamento,quod beneficium au
then.hoc nisi procedit,vt ex litera pa
tet,quoties debitor pecunia caret, &
emptorem rerum suarum non inue-
nit, & sic quoties factus est impotens
ad soluendum debitum in specie, quã
promisit hoc est in pecunia numera-
ta,aliàs enim si eam haberet in prom
ptu, vel indigere facilè posset ex ven-
ditione rerum suarum minimè esset
admittendus ad soluendum aliud pro
alio, vt in primo fundamento huius
partis, id quod manifestè probatur in
d.auth.hoc nisi cum similibus, & om-
nes communiter fatentur nemine di-
screpante sequentes Iurisconsultorũ
32 decisiones claras,vnde fit,vt † idem
sit dicendum in debitore, cuiuscũque
speciei,nempe,vt si eam habeat,vel fa
ciliter comparare possit, sit compel-
lendus etiam inuitus, & exequutiuè
ad eam in indiuiduo soluendam, nec
poterit tunc temporis pro specie de-
bita, quam potest habere, & soluere
alia bona æstimata in solutum credi-
tori inuito offerre,nec dare, vt patet
ex ijsdem iuribus,& Doctoribus, non

enim cogitur creditor inuitus reci-
pere speciem pro specie, l. sed si cer-
33 tos.ff.de legat.1. † neque æstimatio-
nem pro vino, aut frumento debito,
vt per Parlador. lib.2. rer.quotid.cap.
34 fin.par.5.§.17.num.16.nec † farinam
pro frumento debito Parlad. qui sup.
Sed venditor census habet potesta
tem, & facultatem soluendi ius illud
percipiendi censum ex fructibus re-
rum immobilium, super quibus eum
imposuit, & constituit à principio,
nec tenetur, aut compelli potest vllo
modo sortem principalem soluere,
quia hoc est omnino voluntarium, vt
prædiximus, ergo nullo pacto admit-
ti debet ad danda bona immobilia æ-
stimata in solutum pro extinctione
census creditori inuito, si malit ipse
exequutionem petere in ipsis bonis
censui suppositis, & fructibus eorum
pro exigendis redditibus eorum de-
cursis non solutis poterit, namque o-
ptimo iure repellere debitorem hoc
petentem hac exceptione, quod ipse
creditor habeat ius percipiendi fru-
ctus, reddituque ex prædictis bonis,
super quibus impositus fuit census,
atque ita quod in ipsomet iure perci
piendi fructus fieri debeat exequu
tio, & solutio annuæ pensionis, & in
eorum colonis, vel inquilinis virtute
scripturæ censualis authoritate iudi-
cis quousque ex redditibus fundorũ,
vel alias soluantur termini decursi
census, nec aliquid præstabit, quod
debitor desierit iam possidere fundos
census suppositos, vt plerumque con-
tingit in alienatione ipsorum, vel a-
liàs quia hoc nihilominus non obstan
te creditor via exequtiua vti pote-
rit absque aliqua excussione in ipsis-
met fructibus, & iure percipiendi ip-
sorum ex illis fundis, qui censui fue-
runt specialiter suppositi, quamuis
nunc penes tertios possessores repe-
riantur, vt infra dicemus. Ergo in spe
cie fieri potest, & debet exequutio, &
solutio, nec de sorte principali cen-
sus redimenda potest agi, quia ipsa
adhuc non debetur præcisè, ita vt
eius debitor possit compelli inuitus
eam soluere nunc, nec alio vllo tem-
pore, sed tunc demum cum debitor
ipse voluerit, & potuerit, ergo cum
ad hoc faciendum nullo tempore ar-
ctetur, cessat causa finalis concessio-
nis beneficij dictæ Authent. hoc nisi,
35 † cessante namque causa priuilegij
cessat priuilegium, vt laté per Tira-
quell de caus.cessant. parte 1. nume-
ro 20.
36 Quibus fit, † vt hanc partem, &
opinionem negatiuam in terminis
propriæ quæstionis tenuerit Paulus
de Castro cons.47.num 3.par.2.resol-
uens, quod obligatus in genere ad sol
uendum quotannis alteri certos red
ditus non poterit eidem assignare v-
nam petiam terræ, cuius redditus suf-
ficiant ad dictos redditus soluendos,
sed quod non perciperetur ex vno
prædio tenetur soluere ex alijs, argu-
ment.l. quidam testam. ff. de legat.1.
& ideo non debet volens assignare v-
nam possessionem, & liberari à debito
quãtitatis, quia sic vbi periculum est
suum transferret in alium, qđ in sua
potestate esse non debet, argu.l.3.§.1.
ff.de iureiurand. idem voluit Manser.
in tit.de locat.& emph.§ item scien-
dum, & Bal.in l.creditor la 2.ff.si cert.
petat. dum dicit, quod si onus quod
piam reale est habens originem prin-
cipaliter á re ipsa, debitor liberatur
cedendo creditori, sed vbi debetur à
persona ratione personę, secus est,
quia concernit totum patrimonium
præsens, & futurum per multa ab ipso
ibi allegata, quos authores ad hanc
quęstionem nostram refert, & sequi
videtur siquidem eos vltimo loco ci-
tat remanens cum ipsis Tiraquell. de
vtroque retractu vbi supra nume.21.
facit Menoch. de arbit. iudic. libr.3.
37 cas.232 num.6. vbi ad hoc † vt debi-
tor liberetur ab vsuris inter alia re-
quirit, & sexto quod deponi debent
pecuniæ numeratæ sortis, & quod nõ
sufficeret, si bona alia deponerentur

vt

vt illa in solutum cederent secundũ Rom.cons.163.Ias.cons.44.in fin. lib. 1.& quamuis non loquatur Menoch. his verbis in indiuiduo nostræ quæstionis, nempe quando nõ potest debitor soluere sortem principalem in pecunia numerata,quia eam non habet, nec rerum suarum inuenit emptores, nihilominus in hac eadẽ specie loqui videtur, tum quia aliàs nullum haberet dubium sua decisio,tum etiam quia citat Rom.d.consil.163. qui sequitur in terminis d. auth. hoc nisi cum similibus, tametsi nostram quæstionem non inuenio ipsum tetigisse,versatur tamen totum illud cõsilium circa materiam d.authen.hoc nisi,deinde in terminis hanc partẽ tenet,& probat nouissimè Virginius de Bocc at.in tit.de interd.vti possid.siue de manutent. c.18. quæst.de cens. num.66. fragili tamen fundamento, nempe dum per motũ proprium Pij V.de forma creandi census cauetur, quod si ipse emptor velit emere rem censui suppositam præferatur, quando alteri venditur, ergo si nolit non compellitur, motus namq; proprius ille non loquitur in nostra specie,sed regulariter quando debitor vult vendere rem censui subiectam alij,inquit namque tunc præferendum esse emptorem census, si velit rem ipsam pro eodem pretio retrahere,quo casu fatemur planum esse,non esse compellendum emptorem census inuitum eam retrahere,vel accipere,attamen casus hic diuersus admodum est à nostro, in quo ob concursum creditorũ, & impotentiam debitoris ad soluendum omnibus in pecunia numerata contenditur,an dominus census possit compelli inuitus accipere bona in solutũ æstimata, nihilominus opinio istius moderni satis comprobatur ex cæteris supra enarratis fundamentis,sed & eandem opinionem voluit tenere de Franch.d. decis.81. sub num. 9. dum inquit maximam æquitatem concurrere ex parte creditoris, vt si debitor emit introitus,& ob non solutionem cogitur rescindere contractum,& postea in solutum introitum emptorum cogeretur recipere domos, & territoria, & forsan inutilia, & licet loquatur stãte pacto renunciationis d.authen.hoc nisi, eadem tamen ratio considerari potest in nostra specie, si quidẽ solutio sortis census est voluntaria, non verò præcisa, ergo eadem æquitas vltra rigorem concurrit ex parte creditoris, ne cogatur recipere bona immobilia æstimata, & forte inutilia in locum sortis census, & redituum decursorum.

38 Quid † tenendum in hoc difficili articulo. Ego vtriusque partis rationibus cum deliberatione pẽsatis, atque ruminatis secundæ præcedenti, & sic negatiuę opinioni adhæreo, illamque censeo veriorem, atque de stricto iuris rigore probabiliorem esse, nempe vt beneficium nostræ authen. non habeat locum vllo modò contra dominos censuum, sed tantũ contra creditores aliorum debitorũ, quæ vulgò nuncupantur *deudas sheltas* ex fundamentis supra adductis pro hac secunda parte, quæ profectò præponderant contrarijs, quibus ex illis satisfit, & nuncupatim singulis eorũ infrà respondebimus. Quinimo † & iam his temporibus secundum hanc negatiuam sententiam passim in praxi decidentur huiusmodi causæ in regal.Cancellaria Valli solet, vbi quam plures executoriæ regales decernũtur, quibus domini censuum hoc petentes à simili petitione debitorum absoluitur, & apud nos quotidie emanant quasi abolita iam, & in totum omissa praxi antiqua contraria, cuius supra meminimus, vti re melius perpensa, & intellecta; & in dubijs quæstionibus praxis magnam vim atque auctoritatem habet, præmaximè cũ hæc pars negatiua, iuxtà quam pronunciatur, & quæ in praxi proculdubio recepta est, sit etiam iure probabilior,

melior, atque eidem iure conformior, vt videmus.

40 Quæ † maiori ratione procedunt, prout etiam in praxi vidi obtentum; & est procuidubio in censibus constitutis facultate regia super fundis alicuius status, nempe Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, aut alterius cuiuscunque maioratus particularis, cum enim creditor cum illa hypoteca bonorum locupletem satis habeat debitorem, quem libet nempe status, vel maioratus possessorem cessat iam debitoris inopia, quæ causam dedit decisioni d. auth. hoc nisi cum

41 simil. Vnde † cessare quoque debet eius dispositio, pro vt in simili beneficio quietationis, & dilationis à maiori creditorum parte cócessa, quod non præiudicet creditoribus, qui alias habent hypotecas, probat text. in l rescriptum ad fi. ff. de pactis l. vlt. §. si vero C. de cess. bonor. l. 6. tit. 15. part. 5. & ibi Gregor. Lopez glos. 6. & 8. idem esse affirmat in habentibus fideiussorem per text. optimum in l. si præcedente §. vlt. ff. mandat. Beuuen.

42 de decoct. 6. part. num. 19. † sic etiam cessio bonorum facta à debitore principali eius fideiussori non prodest, quin à creditore cóueniri valeat pro residuo text. in §. fin. & ibi Aret. inst. de replic. l. hæres à debitore, §. quòd si stipulator, & ibi Bart. ff. de fideiuss.

43 Similiter etiam beneficium quinquennalis dilationis principali debitori concessum nón prodest fideiusso ri, vt laté iure probat Brun. in tract. de ceff. bonor. quest. 8. princip. num. 3. cum sequent. & Rebuff. 2. tom. in constitutiones Regias Galliæ in tract. de liter. dilator. artic. 1. glos. 1. nume. 42. vbi limitat quando aliud cauetur in literis priuilegij, prout de consuetu-

44 dine, & stylo communi Franciæ fit, † cessante enim paupertate cessare debet, & priuilegium, propter illam datum iuxta glos. in §. vlt. in verb. cessauerint 25. q. 2. Rom. cós 404. denique

45 & quia † hypoteca annuorum redditum est præcipuum fundamentum constitutionis censuum, & in eius possessorem habet locum via executiua sine excussione aliorum bonorú principalis debitoris ex adductis per Couar. var. resolut. cap. 7. nu. 6. & per nos in repet. l. nemo potest num. 31. cum sequent. ff. de legatis 1. in secunda impressione & libr. 1. pract. quæst. 167. num. 4. imo verius ac receptius

46 est † creditores redituú teneri prius in bonis maioratus excussionem facere, quam in cæteris bonis experiri, quod eis debetur propter specialis hypotecæ naturam, de qua in l. 2. C. de pig. & in terminis maioratus Molin. libr. 4. de Hisp. primog. cap. 7. num. 21.

47 & † hæc sententia recepta est in prefata regali Cancell. vt accepimus: accedit alia non infirma ratio, nempe authoritas summa regia, qua bóna maioratus super quibus annui reddi tus constituuntur, ergo illa mer in specie exequi poterunt, si annui redditus non soluantur possessore maioratus non audito volente, inuito creditore, vel creditoribus annuorú redituum, & multo minus hærede, vel executore testamentario vltimi possessoris maioratus prædefuncti, qui bona maioratus facultate regia censibus supposuit, dare alia bona æstimata in solutum pro redemptione illorum censuum, tum ex supradictis tum etiam, quia esset venire contra summam Regis nostri potestatem, de qua dubitare esset ábsurdú tádem cú creditores horum censuum cum facultate Regia constitutorum super bonis maioratus habeant super his specialem, & sufficientem hypotecá, vt ex fructibus, & redditibus prædictorum bonorum percipiát suos annuos redditus, & præterea debitor nó cogatur hoc, vel illo tempore eos redimere, sed sit in eius facultate eorú redemptio, sicque à creditoribus minimé compelli possit vnquam ad eos redimendos, quomodo quæso gaudere potest beneficio nostræ auth. qui non

non præmitur, nec vexatur super exactione sortis, sed tantū pro redditib. decursis, qui ex fructibus, & redditib. bonorū faciliter, & sine vexatione, p-
48 sonæ exigi, & recuperari possunt, † non enim præfatū beneficium rebus, sed tantum personæ debitoris est cōcessum, atque adeo tertius possessor bonorum hypotecaria actione conuentus, eo beneficio vti non potest, nec bona æstimata in solutum dando liberatur, vt ex Cyn. & Ferrar. deduximus de iuram. confirmat. 1. part. c. 29. num. vlt. Ergo cum hic possessor maioratus, nec alius debens census annuos sit propriè, aut purè debitor sortis principalis censuum, quia com pelli non potest ad eam soluere, sed à suo libito, & propria voluntate redēptio eius dependet, consequitur, vt prædicto beneficio concesso puris, & proprijs creditoribus hoc est, qui pro debitis conueniri, compelli, aut vexari possunt, vti nec gaudere possit, qui pro debitis conueniri compelli, aut vexari inuitus non potest, sed neque etiam pro redditibus decursis, cū pro eis exigendis habeat creditor ius sibi concessum, & venditum, nempè percipiēdi ex fructibus, & redditibus fundorum, qui censui sunt obnoxij.

Nunc satisfaciamus sigillatim fundamentis contrarijs, ad primum qui-
49 dem respondemus † procedere simpliciter, & indistinctè in quibuscunque debitis scilicet *dendas fueltas*, quę ab inuitis debitoribus exigi posśūt, & pro quib. quis vinciri, & cruciari potest, vt per beneficiū d. auth. hoc nisi infortunijs, & vexationibus, & molestijs liberētur miseri debitores, nō verò procedit à ratione cessante in his debitis, q̄ exigi ab inuitis nō possunt, sed eorum solutio quoad tēpus, quo fieri debeat dependet à facultate, & voluntate debitorum, ergo eligere sibi tempus commodius ad soluendā sortem principalem poterunt, non verò modum soluendi, quod si pecunijs careant differant solutionem in alium tempus, quod sibi suppetat aliis enim mille fraudib. occasio præberetur, vt prædiximus.

Ad secundum, quod fortius videbatur cæteris nempè ex identitate, & maioritate rationis in censibus, quā
50 in cæteris debitis respondemus † maximè distare inter hæc duo ea ratione, quod debitor extra causam census est propriè debitor, quia compelli potest ad solutionem debiti, & exigi inuitus, vnde cum eo tempore quo impetitur, & præmitur, non habeat, nec inuenire possit pecunias, quibus soluat, meritò vt ita pręssus, & inter angustias constitutus fruatur dicto priuilegio, at verò debitor census nō potest cogi, nec præsumi inuitus redimere censum, & sic sortem principalem soluere, cum sit voluntarius debitor, quoad tempus solutionis sortis non verò præcisus, nec necessarius, & quia redditus decursos, pro quibus exequitur inuitus potest soluere in fructibus, & redditibus, super quibus est census constitutus.

Ad tertium ex d. l. si quis argētum,
51 §. si vero, C. de donat. respondemus † id quidem speciale in casu donationis huiusmodi pensitationum in fauorem donantis, secusque esse in alijs casibus, vt Baldus ibidem & plerique ex præcitatis authoribus in proposito autumant, & Barbat. in rub. de donat. quem refert Tiraquel. vbi supra de retract. num. 21. in fin. eodem modo respondere potest ad id, quod prædiximus de legato relicto per testatorem fratribus Salmarū vini quolibet an-
52 no, vt † hæres si velit possit ex bonis defuncti vnam vineam dictis fratribus assignare, ex qua percipiant dictū vinum, eisque relinquere curam dictæ vineæ, nempè quod sit speciale fauore donātis, hoc est testatoris legatū, namque est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda, §. 1. cum simil. Inst. de legat.

53 Denique possumus respondere † illam opinionem non esse tutam, vt ex plu-

pluribus nititur probare Purpurat. in d.l.2.§.mutui datio.nu.122.ff.si certum petat.

Ad quartum de dicta l filiusfamilias, §.apud Marcell. ff.de legat.1. & quod scribit Io. Andreas loco citato
54 respondemus, quod † loquũtur quando alicui est relictum prædium, isque iussus est præstare onus, quod pt̃am ex redditibus eius prædij, quo casu non tenetur præstare vltra quam ex eo percipitur, ideoque si velit id relinquere creditori liberatur, non sic quando quis tenetur in genere, ideoque si non perciperetur ex vno prædio teneretur ex alijs d.l.quidam testamento, ff.de legat.1. propterea nõ debet audiri volens assignare vnum prædium, & ita omninò liberari, vt in terminis Paulus de Castro, & Tiraq. vbi supra, vt contingit in censibus, qui quidem communiter, & more solito constituuntur super omnibus bonis venditoris, & nuncupatim super quibusdam prædijs, & fundis suis limitibus designatis. Secundo respondet Alb. Pap. cum eo Ioã. And. vbi supra fortius esse ius creditorum, qui tractant de damno euitando, quam legatariorum, in quibus loquuntur dictæ leges; qui tractant de lucro captando.

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui reperit locare operas suas in perpetuum potest vti beneficio nostra authentica.*

2 *Operas in perpetuum debere videtur, species seruitutis, & ad commodum, num.6. imò talis locatio non est admittenda num.9. Sed contrarium, nume. 10. & quomodo procedat, nu.11.*

4 *Quis non potest obligari aliquo certo, ac limitato tempore morari in aliqua ciuitate.*

5 *Per pactum non potest quis necessitari ad habendum domicilium in tali loco.*

7 *Qui liber est potest ire quo vult.*

8 *Interpretatio omnino sumi debet quominus libertati officiatur.*

12 *Libertas dicitur res inæstimabilis, & infinita eius æstimatio, nu.13.*

14 *Mandatum etiam re integra non expirat morte mandantis fauore libertatis.*

15 *In conflictu, & varietate opinionum, si commode fieri potest, semper contra rigorem pronunciandum est.*

16 *Aequitas præfertur rigori.*

17 *Aequitas est omnibus plenior, & certior modus interpretandi leges.*

18 *Locatio operarum in perpetuum procedit fauore Ecclesiæ.*

ARGVMENTVM.

An debitor, qui reperit pecuniam in promptu, si vult locare operas suas in perpetuum, possit vti beneficio nostræ Authenticæ.

1 Regula sit affirmatiua † posse scilicet debitorem, qui inuenit pecuniam locando operas suas in perpetuum gaudere beneficio nostræ Authenticę, ut in facti contingentia rogatus de voto dixi, dum opponeretur cuidam debitori volenti vti beneficio prædicto, quod nummos reperiebat, si vellet suas operas perpetuò
2 locare, mouebar enim, quia † operas in perpetuum debere, videtur species seruitutis, quia qui perpetuò alteri operari debet non potest recedere ab eo loco, vbi ille residet, quod sine dubio á seruientium specie non multum differt, l.2.ff.de liber.hom. exhibend. l.Titio centum, §.Titio cẽtum, el 2. ff.de conditio. & demonstrat. &
3 † seruum se efficere nemo priuatis conuentionibus potest, l.nec volẽns, l.interrogatam, C.de liber.caus. qua de causa firmant DD. non posse quẽdam in perpetuũ locare operas suas, adeò quod nec ad interesse teneatur, neque

neque opus sit per substitutum adimplere, vt dixerunt, & tenent Glos. in l. post certi in verbo tibi, C. de liber. causa Azo in Rubric. de tẽpor. condid. num. 31. Castrens. in l. antiquitas, num. 4. C. de vsufructu, & sic videntur tenere Siluan. cons. 34. num. 11. Boer. in consuet. Bitur. tit. 1. §. 1. versic. cōtra hanc Guttier. de iur. confirm. c. 6. nu. 71 in fin.

Et pro ista opinione facit illa DD.
4 opinio firmantium † non posse quem obligari aliquo certo, ac limitato tẽpore in aliqua Ciuitate morari Dyn. in l. Titio centum. § Titio centum, el secundo, ff. de condit. & demonstrat. prout refert Bar. ibi ante num. 1. subdens Dynum dixisse illum textum facere pro illo, qui promisit stare aliquo tempore in aliqua Ciuitate, & idem Bar. ibi nume. 4. ait, Nota, quod non potest alicui constitui domicilium, vt in aliquo loco habitet, Bald.
5 ibidem in fine ait, Nota, quod † per pactum non potest quis nec cititari ad domicilium habendum in tali loco, idem ait Ioan. de Imol. ibid. numer. 5. qui non loquuntur de perpetuitate, sed simpliciter reprobant pactum, idem sensit Bar. in l. qui concubinam, §. vxori, num. 3. ff. de legat. 3. dum ait,
6 quod † si aliquis obligetur ad commorandum in certo loco non valere, quia est species seruitutis, neque loquitur ibi de perpetua obligatione, sed simpliciter de obligatione, quæ potest etiam in temporali verificari, & loquendo de pacto, quod quis teneatur perpetuò habitare in aliqua Ciuitate, sic pariter tradunt Alex. de Neuo, & Ancharan in cap. 1. qui matrim. accus. poss. Roman. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 65. ff. de verbor. oblig. Palat. in Rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. num. 3. Capyc. decisio. 135. Gail. lib. 2. de pace, cap. 2. numero 20 Brun. de cess. bonor. quæst. 21. princip. num. 15. mouentur ex text in d. l. Titio centum, §. Titio centum. il secō do. de condit. & demonstra. cuius verba sunt, *Titio centum relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat, vel in illa Ciuitate domicilium habeat, potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur, sed in defuncti libertis alio iure vtimur.* Vnde videmus non valere illud onus, quod in illa Ciuitate domicilium habeat, ergo eodem modo non valet pactum, & mouentur per rationem illius textus ibi, *Ius libertatis infringitur*, quia per hoc pactum infringitur libertas cum nihil multum à specie seruentium differant, quibus denegatur facultas recedendi. l. 2. ff. de liber. hom. exhibẽ. l. ab hostibus, ff. de capt. & postlim. re-
7 uers. nam † qui liber est potest ire quis vult l. pen. C. de oper. libert. l. quis sit fugitiuus, §. idem rectè, ff. de ædilit. edict. neque solutus dici potest, qui à Ciuitate nequit recedere, l. qui neque sequuntur, §. solutum. ff. de verbor. signific. & in authent. quomodo oport. Episcopos. §. si verò collat. 1. & pacto nemo potest libertatem sibi adimere, l. nec sic volens, & l. interrogatam, C. de liberal. caus.

Cui opinioni fauet etiam, nam sem
8 per † illa interpretatio sumi debet, omninò, per quam libertas non efficiatur, & fit inutilis, sicuti in vsufructu ea sumitur, ne fit proprietas inutilis. l. antiquitas, C. de vsufruct. l. 3. ff. eod titulo. §. ne tamen instit. eod. &
9 † debens perpetuas operas habet libertatem inutilem, ergo non est admittenda ea locatio.
10 Et quamuis contrarium, † imò valere talem locationem operarum in
11 perpetuum in hunc sensum, † ne cogantur præcisè seruire, vel soluendo interesse liberari, sit altera DD. opinio, quam tenent glo. Odofred. numero 3. Bart. num 2. Bald. nume. 8 Alber num. 1. Fulgos. num. 2 & Salic. numero 3. in l. antiquitas, C. de vsufruct. Port. num. 8 & Faber. num. 6. in §. seruitutis instit. de iur. seruit. Specul. in tit. de locat. §. postquam num. 18. Bohic. in cap. ex rescripto num. 15. de iureiur.

reiur.Anchar.in cap.lator, num.7.de pignor.Roman.sing.365.Neuizan.cō sil.86.nume.16.in fine.Carocc. de locat.& conduct.part.2.tit.liber homo num.4.Montalu.in l.8.Hispan.tit.4.libro 4.fori in verbo *á soldada*, Guido. Pap.decis.314.num.2.Bursat.consilio 204.num.21. lib.2.Suarez in Thesaur. commun. opin. in verbo Operas numero 16.D.Ricc.var.resolut.474.parte 2.suæ prax.vbi loquitur de sacerdote an possit perpetuò locare operas suas pro missis celebrandis.

Tamen ipse á prima opinione non
12 discedo, fauendo libertati, † quæ dicitur res inæstimabilis l.libertas,ff.de regul.iur.§ fin.inst.ex quib.caus.manumitt.non lic. & facit, nam corpus liberum non est in commercio nostro §.1.instit.de inutil. stipul. & non recipit extimationem l.final.ff.de his, qui deiec. vel effud.l.ex hac, ff.si quadrup.pauper.fecis.dicatur l. liber homo,vbi notant DD. ff. de verb. oblig.
13 & † infinita est libertatis æstimatio, l.non est in singulis, §. infinita, ff. de regul.iur.Socin.iun.cons.534.numero 57.volu.3.Surd.de aliment. priuil. 38.num.2.diximus de elect. & variat. fori quæst.25.á num.1.sect.1.vbi infero numer.3. quod licet mandatum re integra morte mandantis expiret l. mandatum,C.mandati, Guid. Pap. decis.491.laté Gabriel.conclus.2. de
14 procuratoribus, † tamen fauore libertatis mandatum etiam re integra morte mandantis non expirat l.si pater in principio,& ibi glo.in verbo fauore,ff.de manumiss. laté idem Gabr. plures cumulans in d. conclus.2. numero 133. & libertatis fauore videmus,quod soluens generaliter pro aliquo inuito pro omni eo, quod tangit personæ libertatem potest ab inuito repetere,vt pulchrè habetur per Bar. in l.Stichus.ff.de fundo,& instrum.legat. quia de re legatum pro libertate videtur relictum ad pias causas, vt multis iuribus probaui de elect.& variat.fori d.quæst.25.nu.7.

Quæ nostra opinio debet eò magis teneri; nam tendit ad æquitatem, vt ob locationem operarum suarū quis de libero seruus efficiatur, & in iure
15 habemus,quod † in conflictu opinionum,& ipsarum varietate, si commodè fieri potest semper pro æquitate contra rigorem pronunciandum est, benigniorque opinio præferri debet iuxta l.ea,quæ §.in re dubia,ff.de reg. iur.l.si fuerit in fi.ibi hoc valere benignum est, ff. de leg.3.l. proximè vers. sed in re dubia, ff.de his, quæ in testament.del.Menoch.cons.401.numero 319 & tradit Natt.cons.136. numero 10 & cons.452.nume.43. Cagnol.in l. non potest videri improbus, nume.5. ff.de regul.iur.Decius in l.si tibi pecuniam num.6.ff.si cert.petat. Roland. cons.64.vol.3.ex num.15.Neuizan.laté in Silua nupt.lib.5.nume.68.Farin. in quæst.criminal.lib.1. quæst.27. nu-
16 mero 116.† æquitas namque præfertur rigori l.placuit, ff.de iudic.Ias.in l.stipulati sumus,§. sequitur in 4. notab.ff.de verb.oblig.Morla, & quos ipse refert in 1.par.tit.1.quæst.11. num.
17 33.† æquitas enim est omnium plenior, & certior modus interpretandi leges, vt inquit Bald.in l.si defunctus, C.de suis.& legit.col.vlt.vers.& nota, quod æquitas, & ex textu vbi notant omnes Canonistæ in cap.vlt. de transact.& Felin.in ca.ex parte, el 2.nu.5. de offic.de leg.

Tenendo igitur primam opinio-
18 nem, limita † non procedere fauore religionis,& Ecclesiæ quo casu valere locationem perpetuam operarum, & præcisè compelli posse seruire illum, qui ad seruitium Hospitalis, seu Ecclesiæ se obligauit, tradunt Innoc. & Abb.in cap.inter dilectos de donatio.Roman. singul.365. Caroc.de locat. in titul. de liber. homin.numero decimo.Gail.libro secundo.de pace, cap.secundo.numero 20.Bursat.consilio 204. numero 22. & 23. libro secundo.nouiter Genuens. in practicabili Ecclesiastic. quæst. 190. tricen.7.

qui

qui sic pariter dicunt fauore Reipublicæ.

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores non possunt vti beneficio nostra authentica, quod limita, vt numero 10.*
2 *Mercatores tenentur precisè soluere in pecunia numerata.*
3 *Mercatores non liberantur, etiam quod omnia bona caperent creditores, sicque seruatur ex generali consuetudine, vt num. 4.*
5 *Vis consuetudinis est magna, adeo quod pro lege seruatur.*
6 *Consuetudo in loco legem vincit.*
7 *Consuetudo potest tribuere priuato iurisdictionem.*
8 *Consuetudo facere potest, quod facere posset pactum.*
9 *Inuentarium confectum secundum morem alicuius Ciuitatis absque iuris solemnitatibus suffragatur.*

ARGVMENTVM

Beneficium nostræ authen an habeat locum in mercatoribus volentibus eo vti.

1 Regula sit negatiua † mercatores, tali, et non admitti ad beneficium nostræ authenticæ quotiescunque eo vti voluerint, nam † tenentur
2 præcisè soluere in pecunia numerata Rip. in l. 2. §. mutui datio, num. 28. ff. si cert. pet Marant. de ord. iudic. dist. 9. numer. 48. & ibi dicit, quod contra mercatores adest aliud speciale, nem
3 pe quod † si omnia bona caperentur à creditoribus non propterea liberãtur ex Capyc. in d. decis. 46. nume. 9. sicque de consuetudine seruari tradunt, & affirmant Ludouic. in decis. Perus.
4 64. nume. 26. cum sequent. referens † hanc consuetudinem vidisse seruari, vbique locorum Guttierez practic. Io. Maria Nouary. quæst. libro primo, quæst. 146. numero 55.

Qua de re cum sic de consuetudine
5 seruetur non est dubitandum, † quia magna consuetudinis vis est, ita vt illa pro lege seruetur, traditur in l. de quib. l. diuturna, l. cum de consuetudine, l. sed ea, quæ l. imò magnæ, ff. de legibus, imò teste Puteo decis. 176. libr.
6 3. † consuetudo in loco legem vincit, de cuius potentia, & vigore latè sunt videndi Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 36. Arumæus decis. 14. Caroc. decis. 111. Gabriel. in titu. de consuetud. conclus. 1. vnde meritò vide-
7 mus † consuetudinem posse tribuere alicui priuato iurisdictionem, capit. cum contingat, vbi glo. de foro comper. gloss. in l. 1. C. de emancipat. liberor. Menoch. cons. 111. num. 65. vol. 2. Franciscus Marcus decis. 426. volu. 2. Lanfranchis alios allegans in decisio.
8 120. & † consuetudo facere potest, quod facere potest pactum, vt dicit Afflict. in decis. 91. num. 9. & decision. 258. num. 2. vnde contractus censetur factum secundum loci consuetudinẽ Surdus decis. 223. num. 11. qui alios cumulat Natta cons. 195. vol. 1. cum cæteris relatis per Gabrielem in d. conclus. 1. de consuetud. & faciunt nouiter latè tradita per D. Ricc. in decis. 67. par. 1. vbi meritò dicit decisum in
9 Curia Archiepiscop. Neap. † inuentarium confectum iuxta morem Ciuitatis Neapolis absque iuris solemnitatibus suffragari.

Limita principalem cõclusionem
10 † non habere locum quotiescunque mercatores habuissent aliquod infortunium, ita in terminis determinauit Rip. in d. l. 2. §. mutui datio, numero 28. relatus per Guttierez. practic. quæst. lib. 1. d. q. 146. numer. 55 & vide Ludouic. in d. decis. 64. num. 26. vbi refert, & putat regulam propositam esse in arbitrio iudicis attenta qualitate mercatoris, summæ debitæ, & infortunij, quod æquitatem sapere vtique censeo, & approbo, vnde iudica-

rem, quod quotiescunque constaret apertè nullatenus habere pecuniam in promptu pro solutione facienda à talibus mercatoribus, essent admittẽdi ad beneficium nostræ Authenticæ, cum ratio cur denegetur, est meo iudicio, nam præsumuntur de iure mercatores habere pecuniam præ manibus, quod cum contrarium deinde appareat ex probatione ipsorum sunt de æquitate admittendi.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non est admittendus ad beneficium nostræ authenticæ quotiescunque contraxit sub spe dicti beneficij, & etiam num.* 10. *quod tamen procedit in beneficio cessionis bonorum, ut num.* 2. *&* 3.

4 *Delinquens sub spe immunitatis Ecclesiæ ea uti non debet, & quando quis dicatur delinquere sub spe immunitatis Ecclesiæ, vide nu* 5.

6 *Peccans sub spe consequendæ absolutionis virtute indulgentiarum non potest absolui.*

7 *Referuntur pulcherrima verba Lactãtij Firmiani.*

8 *Frustra priuilegij auxilium implorat, qui contra priuilegij tendit voluntatem.*

9 *Mandatum Sac. Conc. Trid. sess.* 24. *c.* 5. *de refor. contra coeuntes cum consanguinea sub spe matrimonij.*

11 *Fraus nemini debet patrocinari, & esse vtilis.*

12 *Adducitur casus, quando clerici tenentur soluere gabellas.*

13 *Donatio facta in fraudem dicitur nulla.*

14 *Donatio præsumitur facta in fraudem attenta causa, propter quam fuit facta.*

15 *Donatio præsumitur facta in fraudem, si donans remansit in possessione rerũ donatarum.*

16 *Donatio præsumitur facta in fraudem, vbi quis donauerit omnia bona, vel maiorem partem ipsorum.*

17 *Ioannes Dominicus Nouarius Authoris genitor commemoratur, & laudatur.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ authent. habeat locum in debitore, qui contraxit sub spe huius beneficij.

1 Regula sit negatiua † non esse admittendum debitorem ad hoc beneficium, quotiescunque appareat contraxisse sub spe huius benefi-
2 cij, vt † à simili traditur in cessione bonorum, ad quam nõ admittuntur, qui contraxerunt sub ista spe, sic inquam scribunt Ioannes de Platea, & Ias. numer. 21. in §. fin. instit. de act. addit. ad Dinum in regul. peccatum in vers. veniæ de reg. iur. in 6. Ang. in l. 4. §. item non gaudet, ff. de cess. bon. Socin. in reg 95. limitat. 18. Carpan. ad stat Mediol. lib. 1. cap. 408. num. 61. Zerol. in praxi Episcop. in verbo literæ quinquennales vers. 9. Plot. in repet. l. si quando, §. 4. num. 62. C. vnde vi, vbi
3 dicit, quod † dolosè contrahens debita afferens se habere facultates sufficientes, cum sit fallitus non admittitur ad cedendum bonis, quod post eũ voluit Annibal. in addit. ad Mandel. cons. 710. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 78. de iudic. sicut etiam
4 dicimus in simili, quod † delinquens sub spe immunitatis Ecclesiasticæ ea vti non potest, si ad ipsam Ecclesiam confugerit, ne ipsa commoditas det causam delinquendi Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. Gomes. in tertio tom. variar. resolut. ca. 10. num. 2. Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholos. decis. 423. nume. 1. Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 20. Azeued. in libro 1. nouar. recompil. lib. 3. nume. 24. Clar. in § fin. quæst. 30. num. 13. Couarru. in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. numer. 15. circa finẽ Remigius in tract.

de

de immun.eccles.fallen.3.de Zanchis in tract.de priuil.eccles.priuil.13.nu. 11. Lupus in repet.cap.per vestras in princip.num.6.Vulpel.conf.130.nu-
5 mero 1 & per totum, & † tunc dicitur delinquere sub spe ecclesiasticæ immunitatis, quando quis delinquit propè ecclesiam animo deliberato, & non si casualiter in rixa, ibi ex orta capit.fin.& ibi hoc notat Anchar. de immunit Eccles.Alciat.de præsumpt. 33.num.3.Baiard.in addit.ad Clar. in §.fin.quæst.30.num.20.& 21. Vulpel. conf.130.num.7.Menoch.in tract. de præsumpt.lib.5.præsumpt.10.

Qua de causa meritò Palat. rub. in repet. cap. per vestras in initio in § 10.nu.2.de donat.inter vir. & vxor.
6 asseuerat, † peccantem sub spe consequendæ absolutionis virtute, & ratione indulgentiarum, & Apostolicarum literarum non posse absolui, quam etiam opinionem sequuntur Couar.libr.2.var.cap.20. nu.15.vers. vigesimo sexto Menoch. libr. 5. præsumpt.10.nume.6. Cordou.tract.cas. conscient.quæst.22.versic.*con tal condition, que nò aya comedito*, Nauarr. in §.in Leuitico notab.30.nu.7. Lop. in 1.parte instr.conscien.cap.27.pag. 75.vers. sed ego dico Baldes in tracta. elemosinæ 1.par. fol.10. col.4. Ortiz. in resolut.cas.conscien.resolut.1. fol.
7 208. vers. *notaque los dilectos*, † & in ipsius confirmationem inuant pulcherrima Lactātij Firmiani verba in libr.6 diuin.institut.cap.13.quæ post alios vbi supra referuntur à Bouadilla libr. 2.c. 14. nu. 27. ipse inquam cum de elemosina elargienda disseruisset, ita inquit, *nec tamen, quia peccata largitione tolluntur dare tibi licentiam peccandi putes, abolentur, enim si Deo largiare, quia peccaueras, nam si fiducia largiendi peccas, non abolentur*, quæ verba eleganter declarantur ab Angelico Doctore diuo Thoma vnà cum Caiet. 2. 2. quæst. 21. articul. 2. ad 3.

Quæ opinio corroboratur ex l. 1. §.hæc autem actio ibi, *qui hac spe audacior factus est*, & ibi *spe imminentis libertatis*, ff.si quis testa.liber esse iussus, & in capit. quando el 1. de consecr. distinct. 4. ibi *multos noui qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant*, & in ca.illud §. licet de cleric. excom.ministr.ibi illud autem, quod sub spe veniæ, quibus iuribus, & alijs allegatis à Doctoribus elegantissime probatur spe veniæ, aut indulgentiarum peccantes non vtique posse earum abolitionem consequi, quod & tradit Clar.libr.5.§.fin.quæst.59.num. 12. vbi etiam alios refert Baiard. in
8 addit.num.97.& ratio est, quia † frustra priuilegij auxilium implorat imò illud amittere meretur, qui contra priuilegij tendit voluntatem, nec est dignus, vt eius beneficio iuuetur, quia eo male vtitur iuxta textum in l.auxilium in fine ff.de minor.c. quia frustra de vsur.Azeued.lib.6.tit.1.l. 1. num. 47. eo præsertim quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt habetur in c.est iniusta 23.quæst. 4.& in capit. vt clericorum de vit. & honest.cleric.& ait textus in cap. sane de pœnitent.distinct.3.Nemini dedit Deus laxamentum peccandi quāuis miserando deleat iam facta peccata.

9 Et huc spectat, quod † Sacrum Concilium Tridentinum in sess. 24. de reformat.Matrim.ca.5.mandat, vt qui deliquit cum consanguinea spe matrimonij, difficilius obtinere debet priuilegium, vel dispensationem, & illa nō gaudet, nisi exprimat, ad quod vide Nauar.in Manual. capit.22.numero 86.

Ex quibus, & alijs, quę cōsultò omit
10 to remanet firma nostra regula † nō gaudere scilicet debitorem beneficio auth.hoc nisi C. de solut. quotiescunque contraxerunt sub spe talis beneficij, & ratio desumitur ex illa vulga-
11 ta regula, quia † fraus nemini debet patrocinari, & esse vtilis l.ita demū, ff.de receptis arbitris l.si ab hostib. §.

1.ff.solut.matrim.l.ita quæ fullo,ff.de furtis Paris.consil.96. nume.31. libr.3. vnde euenit, quod licet clerici sint liberi, & exempti a solutione onerum tam personalium, quam realium c. clericis de immunit. eccles. in 6. cap. quamquam de cens. num.6. cap. non minus de immun. eccles. c. generaliter, §.nonarum, & §. placet 15.quæst. 1.& Grat.de effect. clericat. effect.3. in principio, vbi multas ampliatio-
12 nes, † & limitationes adducit, tamen non procedit quando clerico fuisset facta donatio, vel cessio in fraudem, ne scilicet soluat Gabellas, quia tali casu gabellam, & collectam soluere tenetur Speculat. in tit. de cleric. coniugat. num.16 part. consil. 180. Bald. consil.112. colum.2 Bellamer.consil. 47. Anchor. in tract. de muner. in 3. part. princ. num.209. tom.12. tract.
13 diuersi cart.29. & ideo regulare est † donationem factam in fraudem non prodesse tam donanti, quam donatario, & esse nullam Doct. in l. post contractum ff.de donat. vbi Bar. l.si in fraudem, ff.de iur.fisci l.si aliquis, ff.de donat.causa mortis Duen.reg.216.lim. 1. cum seq. sicut etiam libertas data in fraudem creditorum est nulla ipso iure Alciat. in d. l. post contractum
14 nu. 14. de donat. in quo casu † fraus, & dolus præsumitur attenta causa propter quam fit donatio, & attenta, & considerata conditione, & qualitate personæ donantis, & donatarij Specular. in rubr. de cler. coniug. vers. sed quid si fratres Remig. de caritatiuo
15 subsidio quæst.62. num. 7. vel si † frater laicus donans post donationem reperiretur possidere, pro ut prius possidebat l.1. & 2. C.de repud. hæred. l.sicut §.superuacaneum, ff. quibus modis pignus, vel hypot. soluat Mascard. alios cumulans de probat. conclus. 558. num. 19. qui recenset alios modos diuersos, ex quibus donatio præsumatur facta in fraudem, inter
16 quos recenset vltim. † quando frater laicus donaret omnia eius bona, vel maiorem partem ipsorum fratri clerico ex l. omnes, §.Lucius, ff.quæ in fraud.credit. vbi Bart. num 2. & l. post contractum num.2. ff.de donat. & vide latè eruditissimum D. Ricc. in sua praxi resolut.431.part. 2. vbi pariter refert coniecturas, ex quibus donatio facta filio clerico censeatur facta in
17 fraudem collectarum † de quo articulo satis eruditè, & multum lepidè scripsit in facti contingentia famigeratus Doctor D.Ioannes Dominicus Nonarias meus Obseruandissimus Genitor; teste eodem D. Riccio vbi supra.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium auth. hoc nisi debitor C. de solut. non habet locum in equitibus, Sancti Petri, & Sancti Pauli Lauretanis.*

Sed quando hoc procedit vide nu.2.

ARGVMENTVM.

An beneficium nostra auth. habeat locum in equitibus Sancti Petri, & Sancti Pauli Lauretanis.

Regula sit negatiua † non procede-
1 re scilicet dispositionem nostræ authenticæ in equitibus sancti Petri, & Sancti Pauli Lauretanis, qui si permanerent in Ciuitatibus insignibus, vt in hac nostra Alma Ciuitate Neapolis, vbi pecuniæ passim reperiuntur ad societatem officij, tunc
2 † quando debita non trascenderent valorem medietatis officij non debent admitti ad oblationem bonorũ, sed præcisè tenentur ad soluendum in pecunia numerata, vt in proprijs terminis tradit Ludouic. in dec. Perus. 64. num. 36. part. 2. quem refert, & sequitur Guttierez practic. quæst. lib. 1. quæst. 145. num. 56.

QVAE-

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fiscalis potest uti beneficio nostrae authenticae.*
2 *Fiscus ubi non reperitur in specie priuilegiatus utitur iure communi.*
3 *Lex generalis non comprehendit causas, & personas alias priuilegiatas, nisi speciale in eo genere priuilegium habeant.*
4 *Priuilegiati debent se continere intra suos terminos priuilegiorum.*
5 *In priuilegijs non fit extensio de causa ad causam, & de persona ad personam, etiam ex identitate rationis.*
6 *Debitor fiscalis non potest cedere bonis, quod limita, ut num. 7.*

ARGVMENTVM.

An debitor fiscalis possit uti beneficio nostrae authenticae.

1 REgula sit affirmatiua † posse de-
bitorem fiscalem uti beneficio
nostrae authent. cum fiscus in hoc in
specie non reperiatur priuilegiatus
2 unde † debet uti iure communi, nam
fiscus utitur iure communi quoties-
cumque in casu subiecto non reperi-
tur priuilegiatus, ut per Peregrin. de
Iure fisci libr. 6. titu. 2. numero 1. ubi
3 quod † lex generalis comprehendit
causas, & personas alias priuilegia-
tas, nisi speciale in eo genere priui-
4 legium habeant & tradit, quod † pri-
uilegiati debent se continere intra
suos terminos priuilegiorum, nec ul-
terius ea protendere capit. porro ca-
pit. cum capella extra, de priuileg.
5 ideoque † in priuilegijs non fit ex-
tensio de causa ad causam, & de per-
sona ad personam, etiam ex identita-
te rationis capit. priuilegium, & ibi
notatur de regul. iur. in 6. notatur in
clem. iut. 1. de censibus Cardin. in cle-
ment. 1 in 6. quaest. de testam. quaest. 6.
Gramat. decis. 28. num. 51. Bar. & scri-
bentes in l. 1. ff. de constit. princip. qua-
re cum fischus in casu nostro non re-
periatur in specie priuilegiatus; eius
debitor potest uti beneficio nostrae
authenticae, ut possit dare unam ex
suis rebus fisco pro debito.

6 Scias tamen quod † debitor fisca-
lis non potest cedere bonis Soc. reg.
65. Diaz. reg. 24. Boer. decisio. 349. per
totam Guid. Pap. decis. 211. num. 13.
Baez. in tract. de inop. debit. c. 14. last.
in §. fin. num. 14. Iulius de actionibus
Salic. in l. 1. q. 6. C. qui bonis ced. poss.
Aufrer. in addit. ad Cap. l. Tholos. de-
cis. 28. Anan. in tract. de cessione bo-
norum q. 9. per totam quartae q. prin-
cip. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 1. nu-
me. 4. Ludouicus decis. 32. numer. 1. &
2. quod procedit etiam in debitore u-
niuersitatis, l. nemo carcerem, C. de
exact. tribut. lib. 10. Soc. reg. praedicta
7 fin. 10. Sed istud † limitatur quando
aliquis esset debitor fisci ex causa cō-
tractus glo. in §. penult. in verb. debi-
ta de Soc. Guiliel. de Laud. sing. 44.
Caepol cons. 9. in princ. ciuil. Ludou.
decis. praedicta num. 4.

Multa autem de debitoribus fisca-
libus habes cumulata per Peregr. in
suo tract. de iure fisci lib. 6. tit. 7.

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui sua culpa pecuniam consumpsit, potest uti beneficio nostrae auth.*
2 *Distributiones quotidianae debentur ei, qui sua culpa in morbum incidit.*
3 *Afflictis non est danda afflictio.*
4 *Non imputatur ad poenam aegrotis id, quod perturbatione animi fit.*
5 *Filij a parentibus alendi sunt, etiam si propria culpa pauperes euaserint.*
6 *Electio fieri conuenit miserabilibus personis, etiam si eorum culpa in miserabilitate sint elapsi.*

AR-

ARGVMENTVM.

An debitor qui sua culpa pecuniam consumpsit possit vti beneficio nostræ Authent.

1 Regula sit affirmatiua † posse debitorem in hoc casu gaudere beneficio nostræ Auth. vt à simili dici-
2 mus † distributiones quotidianas deberi ei, qui sua culpa in morbum incidit alleg. Nauar. de restit. lib. 2. cap. 2. diff. 4. num. 234. Couarr. variar. resol. lib. 3. cap. 13. num. 8. Azor instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 11. Dom. Ricc. in resolut. 444. nu. 5. tom. 2. suæ praxis, quibus nunc addo Tuscum de visitat. lib. 1. cap. 20. num. 26. Rodriq. in summa 1. par. cap. 33. num. 6. vers. de acqui se insiere Zerol. in praxi episcop. 1. par. §. distributiones, nu. 3. versic. 6. debentur fol. mihi 74. Gutier. libro 1. Canonic. quæst. cap. 1. num. 138. optimè Monet. de distribut. quotidiá. p. 2. quæst. 6. ex num. 12. Cened. in suis quæst. Canon. quæst. 1. num. 8. vbi refert inter alias illam sibi videre potis-
3 simam rationem, ne † afflictis addamus maiorem afflictionem priuando eum distributionibus iuxta l. Diuus, ff. de offic. præsid. & in l. tam dementis, C. de Episcopali Aud. ne duplici damno infirmus afficiatur arg. l. si pecuniam, §. si acceperit, ff. de condict. caus. data, qua de causa euenit successionem ad quartam partem bonorũ mariti vigore, Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, deberi mulieri relictæ pauperi licet in talem paupertatem sua culpa fuisset delapsa, vt in quadã facti contingentia, dum essem consul tus dicebam, & facit textus in cap. illud, versic. similiter 15. quæst. 1. vbi di-
4 citur † non imputari ad pęnã ægrotis ea quæ perturbatione morbi fiũt, & eos excusari etiam si culpa morbus præcesserit, amplè docet Beccius cõsil. 104. num. 6. tradidit, & Surd. de alimen. quæst. 5. numer. 17. tit. 4. probans
5 † filios à parentibus alendos esse, etiã si propria culpa infirmi, & paupetes euaserint meminit Actius de infirm. d. cap. 36. num. 11. vbi dicit, quod in ægroto, & alijs impeditis culpa, vt cõsiderari possit debet esse ordinata ad casum, & tunc non excusat allegat Surd. decis. 262. col fin. Suarez, qui testatur de communi in Thesaur. receptarum sententiarum in verbo impedimentum, num. 10. Odd. de restit. in integr. artic. fin. per totum, & nu. 13. & dicit vix reperiri posse, vt quis velit fieri infirmus pauper, vt priuilegio pauperum, & infirmorum gaudeat, & ideo culpa non pòt est dici ad casũ ordinata, si enim hoc daretur fortasse secus diceridum, vnde meritò Glossa asseruit, & probauit in cap. sacrorum 12. quæst. 2. res Ecclesiæ alienari posse ad alendos pauperes etiam eos, qui in paupertate propria culpa inciderunt, item & ad redemptionem eorum, qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur commendat. Bal. in l. illud, C. de sacrosanct. eccles. Campegg. p. 3. de dot. quæst. 12. sequuntur & eam Alex. in l. quamuis. ff. solut. matrim. col. 2. Dec. in cap. verò, §. pastoralis, de appell. col. 3. Ananias, & Felin. in cap. significauit de Iudæis, idẽ Felin. num. 67. & Decius col. pen. in Lup. quę in Ecclesiarum de cõstitut. cap. in rubr. de donat. §. 78. nume. 36. meminit Couarr. variar. resolut. libro 2. cap. 16. num. 9. vers. contrariam sententiam, vbi hanc opinionem cõmunem appellat, licet distinguat.

Ex quibus omnibus videtur optimè fundata opinio illorum, qui volue-
6 runt † beneficium electionis fori cõpetens miserabilibus personis vigore textus in l. vnica, C. quand. Imper. & Constit. Regn. statuimus de magistr. iustitiar. spectare ad tales miserabiles personas eorum culpa in miserabilitate elapsos, ut fuerunt Ioan. Andr. & Imol. in cap. quę in Ecclesiarum de constit. qui dicunt paupertatis priuilegijs gaudere pauperes etiã sua culpa

pa

pa lapsos in paupertate, sequuntur Actuus in tract. de infirmit. p. 1. capit. 36. num. 5. Viu. in decis. 268. referens sic fuisse decisum, & practicatum in Sacro Consilio, & Regia Camera Summariæ in M.C.V. & Regia Audientia Apuleæ nouiter Borrell. in sum. decis. in tit. de iuram. perhorrescentiæ nu. 21. & nos diximus in praxi elect. & variat. for. quæst. 16. nu. 15. sect. 1. & quæstio. 44. sect. 2.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nostræ Auth. habet locum in debitore, etiam ex causa delicti.*
2 *Clericus gaudere debet beneficio capit. Odoardus in delictis.*
3 *Generalis saluus conductus, seu induciæ debitori concessæ non vendicant sibi locum in debitore ex causa delicti.*
4 *Cessio non admittitur quando quis tenetur ad solutionem ex causa delicti, quod ampliatur, vt nu. 5.*
5 *Priuilegium Principis extenditur etiã ad debitorem ex causa delicti.*

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ Authen. habeat locum in debitore ex causa delicti.

1 Regula sit affirmatiua, videlicet † si ratione delicti quis esset condemnatus in pœnam pecuniariam centum aureorum, poterit vti beneficio nostræ Authenticæ, quoties pecuniam non haberet, quia lex admittens debitorem ad hoc beneficium loquitur in quocunque debitore, ergo etiam in hoc debitore est dicendum, vt de capituli Odoardus, beneficio loquendo tradit D. Ricc. in sua praxi resolut. 251. parte 1. meritò
2 firmans sententiam, † clericum gaudere debere tali cap. Odoardus beneficio in delictis ex Boer. in decis. 349. Put. decis. 56. lib. 1 Farinac. in pract. crimin. in tit. de delictis, quæst. 18. nu.
3 56. latè Peguera in decis. 6. † & si generalis sáluus conductus, seu induciæ debitori concessæ non vendicent sibi locũ in debitore ex causa delicti Bald. consil. 400. lib. 1. Brun. de cess. bonorũ quæst. 27. num. 4. Cucc. de Morat. præscript. num 39. Grammat. in addit. ad
4 Afflict. in decis. 5. vnde † quando quis tenetur ad solutionẽ pecuniæ ex causa delicti non admittitur cessio, iuxta tradita per Nattã in cons. 361 Boer. decis. 341. Couar. variar. resolut. libro
5 2 cap. 1. num. 8. vbi annuit † hoc procedere non solum si agatur de pœna erga fiscum, sed etiam si illa pœna sit æstimatio damni parti applicanda ex cap. finem litibus, vbi Abb. de dolo, & contum. sequuntur Menoch. de arbitr. iudic. casu 447. num. 17. cent. 5. Seraphin. alios cumulans de priuileg. iuramenti priuileg. 91. in fine, & vide latè Valer. in different. vtriusque fori in verbo cessio bonorum different. 4. fol. mihi 44.

Corroboratur etiam nostra opi-
6 nio, quia † priuilegium Principis extenditur ad debitorem ex causa delicti iuxta sententiam Bart. & Dec. in l. 1. ff. si cert. pet. quos sequitur Brun. de cess. bonor. d. quæst. 27. nume. 8. & nouiter D. Ricc. in dict. resolut. 251. in fine.

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nostræ auth. habet locum in debito literarum cambij, sicque decisum refertur.*
2 *Beneficium nostræ auth. nunquam intelligitur sublatum, etiam si fuisset conuentum de soluendo in pecunia numerata.*
3 *Statutum Bononiæ refertur.*
4 *Exceptiones ipsam exequutionem modificantes non censentur sublatæ.*

AR-

ARGVMENTVM.

An beneficium nostræ auth. habeat locum in debito literarum camby.

1 Regula sit affirmatiua † posse, scilicet debitorem ex literis cambij vti beneficio prædictæ nostræ authen. vt in proprijs terminis decisum refert Bononiæ Ant. diuers. Bononiæ. in decis. 70. Dusij Biturigiensis Auditoris sub prætura Don Cosmi Taliæ
2 de anno 1601. vbi quod † beneficium, de quo agimus nequaquam intelligatur sublatum, etiam si fuisset conuentum de soluendo in pecunia numerata ad tradita per Rip. in l. 2. §. mutui datio sub num. 28. ff. si cert. petat. vbi Curt. iun. num. 35. Bolognet. numero 51. versic. prædicta tamen limitatio, Pract. Papien. in forma libelli hypothecariæ in verbo exceptionem solutionis, quæ loquitur in terminis, quando pactum est speciale, quod fiat in pecunia tantum, & non in alijs rebus.

Ita quod in eadem Rota fuit dictū
3 † non obstare statutum Bononiæ in materia literarum cambij, quo sancitum est, quod creditor vigore dictarū literarum sit satisfaciendus in quantitate iuxta formam illarum omni defensione remota, & omni beneficio iuris & ad hunc effectum quæcunque exequutio realis, & personalis cōceditur, vt de solutione facienda in quantitate sub pœna exequutionis realis, & personalis, vt apparet in §. & non comparendo, ibi, *che debb' hauere pagato la quantità di denari contenuti in detta lettera.* & in § seq. ibi, *Sarà grauatore realmente, & personalmente per la quantità, che in dette lettere*, ibi, & in §. *che quando* in illis verbis *à pagare, & à dare al creditore la quantità, acciò debbia essere astretto realmente, & personalmente.*

De quo ibi assignatur ratio, quoniam illud statutum non per hoc corrigit ius commune, quinimò loquitur de satisfactione, vt in eodem statuto in § *dichiarando*, & in §. *oltre*, ibi, *& con effetto satisfatto*, quæ verba quomodocunque fuerit solutum verificātur ad textum in l. satisfactionis, & l. solutionis verbum, ff. de solut. Rom. con-
4 silio 163. vltra quod † sublatæ nequaquam censentur exceptiones ipsam exequutionem modificantes Bart. in l. si filius vers. quæro, quod si statutum, ff. quod cum eo, Canar. de exequut. instr. quæst. 28. num 62. Barg. de Guarantig. cap. 16. Coler. de process. exequut. par 4. cap. 1. nu. 89. & 125.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium nostræ auth. cessat vbicūque Ecclesia esset creditrix, sed contrarium num. 16. & datur ratio num. 17. sed primam opinionem defendit Author nu. 18.*
2 *Ecclesiarum fauore est recedendum à regulis iuris.*
3 *Ecclesia habet priuilegium, vt possit agere contra tertios possessores non discusso principali.*
4 *Legatum calicis factum Ecclesiæ intelligitur de meliori.*
5 *Vxor relicta Domina, siue vsufructuaria existentibus filijs, non consequitur nisi alimenta, quod fallit in Ecclesia, vt num. 6*
7 *Regulare est odia restringi debere, fauores verò ampliari fallit tamen in Ecclesia, vt num 8.*
9 *Dispensationes dicuntur odiosæ, sed limita fauore Ecclesiæ, vt nu. 11.*
10 *Dispensatus quo ad ordines censetur dispensatus quo ad benefic a.*
12 *Contractus potius censualis, quam emphyteoticus præsumitur, sed contrarium fauore Ecclesiæ vt nu 13.*
14 *Ecclesia creditrix in actione personali alijs creditoribus in d. actione concurrentibus est præferenda.*
15 *Voluntaria non possunt præsci ibi*

ARGVMENTVM.

An debitor Ecclesiasticus possit vti beneficio huius auth. contra Ecclesiam creditricem.

1 REgula sit negatiua † cessare, scilicet priuilegium hoc vbicunque Ecclesia esset creditrix, cum Ecclesia sit valdè priuilegiata, vnde Ecclesiarum fauore multa fieri videmus, de quibus per Bar. in l. Titia, ff. de aur. & argent. legato, qui in l. 1. nume-
2 ro 28. C. de sacrof. eccles. scribit † esse recedendum ipsarum fauore à regulis iuris, sequuntur Bald. in l. id, quod pauperibus nume 5. & seq. C. de episc. & cleric. Roman in auth. similiter, C. ad leg. Falcid. cos refert, & sequitur D. Ricc. in praxi resolut. 323. parte 2. vbi his addit textum in l. sunt personç ff. de relig. os. & sumptibus funer. vbi I.C. in iure dicit in dubio esse respondendum pro Ecclesia, qua de causa ip-
3 se Author firmat † Ecclesiam habere priuilegium, vt possit agere contra tertios possessores non discusso principali debitore.

4 Vnde merito videmus, quod † legatum Calicis factum Ecclesiæ eius fauore intelligitur de meliori, & honorabili, vt habetur nouissimè per Genuens. in suis practicabilibus Ecclesiasticis quæstion. 153. tricenar. 6. qui meritò in quæst. 154. resoluit priuilegium Ecclesiæ eius fauore non amitti per non vsum, nisi longissimi temporis, quod secus est in priuatis.

5 Et huc spectat, quod licet ex consuetudine Bulgari communiter sit receptum vxorem, siue Dominam, siue vsufructuariam à viro testatore relictam existentibus filijs, non consequi, nisi alimenta, vt per DD. omnes in l. Titia, §. Titia, ff. de legat. 2. latè Gabriel. conclus. 2. de vsufruct. abundè Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. affluenter Surd de alimentis tit. 7. quæst. 15. latè Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 139. iuxta quorum sententiam ipse respondi in quadam facti contingentia, dum esset consultus eximius ille vir & Iurisconsultus Clarissimus D. Ioannes Dominicus Nouarius meus obseruandissi-
6 mus Genitor, tamen hoc † non procedit quotiescunque Ecclesia esset relicta Domina, & vsufructuaria filio hærede instituto, ipsa enim habebit vsumfructũ omnium bonorum, vt testatur, & scribit Genuens. in practicabilibus Eccles. quæst. 160. tricen. 6.

7 Hincque oritur, quod licet Regula sit in iure odia restringi debere, fauores verò ampliari cap. odia de regul.
8 iur. in 6. tamen † hoc fallit Ecclesiæ fauore, cuius causa odia ampliantur, etiam in pœnalibus iuxta glo. auream in cap. sciant cuncti de elect. in 6. quæ glo. loquitur in sententia excommunicationis.

9 Et huc spectat, quod licet dispensationes odiosæ sint, & in eis fieri debeat stricta interpretatio cap. 1. & 2. de filijs presbyter. in 6. capit. non potest de præbend. eod lib. cap. quod dilectio de consanguin. & affinit. latissimè D. Ricc. in resolut. 410. parte 2. in praxi, & in resolut. 392. ead. part. 2. vbi
10 † dispensatus quo ad ordines censetur dispensatus quo ad beneficia, ta-
11 men † hoc omnino fallit fauore Ecclesiæ, quo casu latè venit interpretãda dispensatio, vt nouiter tradit Genuens. in practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 595. tricenar. 20.

12 Qua de causa merito † licet contractus potius censualis, quam emphyteuticus præsumatur, vt tradunt Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 36. Mascard. de probat. conclus. 281. Clar. in §. emphyteusis quæst. 1. Crescent. in decis. vnic. de censibus, tamẽ fauore Ecclesiæ totum contrarium
13 est verius, vt contractus scilicet † fauore Ecclesiæ magis emphyteuticus, quam censualis dicatur, vt consulendo latè demonstrat Alex. de Neuo in cons. 27. Bursat. cons. 26. & consil. 56.

num.8. Bero. quæst.13. post illos Mascard.de probat.conclus.601.nume 8. & nouiter Thesaur.in libr.4. quæstionum forens.quæst.43. annuens sic decisum per Senatum, & ita ipse consultus late scripsi in causa D.Lucæ Punti Canonici Ciuitatis Nolæ.

Ex quibus optime, & piè discernitur esse veram opinionem Molsesij, quam ipse latè defendit in consil. 13.
14 vbi fundat, quod † si Ecclesia sit creditrix in actione personali, & concurrat cum alijs creditoribus etiam in actione personali, est præferenda, tanquam priuilegiata in eius credito.
15 Et † ex his in quadam facti contingentia consultus respondi, illam Regulam, qd. quæ sunt voluntaria, non præscribantur ad tradita latè per Gabriel.in conclus....de præscript.& per Mart. in decis.299. non procedere in causis Ecclesiæ arg.cap. ad Apostolicam de simonia, vbi Doct.

Pro contraria tamen parte facit,
16 quod † ecclesia nisi contrarium appareat iure communi vtitur Gloss.in cap.peruenit de censibus, argum.tex. in cap.1.de alien.feud.post Salic. in l. cum de in rem verso, ff.de vsur. Cassan.in cõsuet. Burgund.Rubric.11.§. 2. in princip.num.20.meminit Dom. Ricc.in praxi de resolut.423. parte 2. referens ex Artamano, quem allegat
17 † ecclesiam non esse regulariter priuilegiatum, nisi in casibus à iure expressis, quemadmodum dicitur de muliere, & rustico arg. tex.in l.quamuis, & l.ne passim, C.de iur.& facti ignor. Borrell. cons.26. dicens ex supradicta ratione ecclesiam vti non posse iure retractus, quare cum in nostro casu ecclesia particulariter non reperiatur priuilegiata, veniret dicendum non posse vti hoc priuilegio.
18 Ego autem † non discedo à prima opinione in fauorem ecclesiæ, faxit Deus, vt omnes ecclesiam defendãt, omnes in eius gremio viuant, & moriãtur, prout ipse viuere, & mori profiteor, & cupio, & eius iudicio omnia prædicta, & eorum singula corrigenda propono, & omni humilitate submitto, sic me Deus adiuuet.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non potest vti beneficio nostræ authentica, & adducitur ratio, num.2. sed contrarium, num.4. declara primam opinionem, vt num.6.*

3 *Inuentarium non est herba Bethonica, vt ad omnia iuuet.*

4 *Inuentarium prodest non solum, ne hæres soluat de proprio, sed etiam ne de facto vexetur.*

7 *Inuentarium non operatur, vt aliud pro alio inuito creditore soluatur.*

ARGVMENTVM.

An hæres cum beneficio legis, & inuentarij possit vti hoc beneficio authentica hoc nisi.

1 Regula sit negatiua, † non posse scilicet hæredem cum beneficio legis, & inuentarij vti beneficio no-
2 stræ autheuticæ, vbi † enim constat hæreditatem esse opulentam, & soluendo, hæres etiam cum beneficio inuentarij cogitur vendere, & satisfacere creditoribus in pecunia, vt per Aretin.& Cyn.in l.fin.§., & si præfatam, C.de iur.delib. Ioan.Andr.de instrument.edit.§ fin.in verbo fecerit, dum vtitur verbo *debet vendere, & satisfacere de pretio, vel bona lacerando dimittere.* Porcellin.de inuentario quæst.7. num.3. Monticul.in eiusdem nominis tractatu cap.9.princip. nume.8 & 27. Bursat.cons.9.à nume.29.lib.1. Crass. de success.ab intest. quæst.20.libro 2. pagin mihi 154.Guid.Pap.in tract.de inuentario, num.2. Ias.in l.2.§. mutui datio, col.fin.num.12 ff. si cert.petat. latè Franc.sic decisum referens in de-
3 cisio.83. quia † inuentarium non est her-

herba Betonicæ, vt ad omnia iuuet, sed ad hoc tantum prodest, ne hæres vltra vires teneatur, vt colligitur ex not. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. Rom. cons. 18. nu. 4. Fulgos. cons. 67.

4 Contrarium † autem tradit Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi contendit, quod nullo modo hæres teneatur vendere, & adhuc inclinare in communẽ opinionem testatur Monticul. de inuentario membro 9. num. 27. latè Surdus in decis. 30. & 318. vbi hanc secundam opinionem approbat, & dicit sic decisum per Senatum ex eo, quia inuentarij beneficium operatur, quod hæres possit soluere aliud pro alio d. l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. deliber. vbi alternatiuè dicitur, quod soluat de rebus hæreditarijs, vel de earum pretio, & in alternatiuis electio est debitoris Afflict. decis. 397. Negul. de pignor. in 1. membro 5. partis num. 7.

5 Item quia † inuentarium prodest nõ solum ne hæres soluat de proprio, sed etiam ne de facto vexetur, vt inquit Bal. in d. §. & si præfatam, numer. 5. vbi etiam Ias. num. 1. versic. quinta vtilitas in fine, & vide Gratian. in decisio. 141. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 163.

6 Tenendo primam opinionem † illam declara procedere quotiescunque non adesset damnum hæredi, at secus si damnum adesset, ita quod hæredi hoc noceret, sic inquam declarant Bald. Castrens. Ias. Corn. & Alber. in d. § & si præfatam Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titulo de instrument. edit. §. final. sub nume. 15. Imol. in l. 1. §. hęc stipulatio, col. 4. versi. item secundo adde, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi reprehendit Angel. qui dicebat, quod hæres non tenetur vendere etiam, quando id potest sine dãno, sed dimittere potest, bona creditoribus laceranda, quod etiam impugnauit Alex. in d. §. & si præfatam, hãc declarationem, sequitur, & defendit Bursat. in d. cons. 9. sub numer. 29. qui nume. 30. subdit non esse verum, quod

7 † inuentarium operetur, vt aliud pro alio inuito creditore soluatur, vt simpliciter; ita asserere videtur Benint. in tractat. de pauper. quæst. 9 speciali 10. num. 50. & Ancharan. quest. famil. 64. per totam par. 2. tum quia per Doctor. docentes Regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus, non ponitur ista limitatio de inuentario, vt per Ias. in l. 2. §. 2. ff. si cert. pet. Port. institut. quibus mod. tollit. oblig. §. 1. Duen. regul. 159. nisi casu quo hæres teneretur de suo, vel non inueniretur iustum pretium, secundum quæ intelligi debent, & loquuntur Benintẽd. & Anchar. locis citatis Alciat. & Dec. in d. §. 2. tum etiam, quia inuentario confecto cogitur hæres soluere in pecunia.

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 Creditores condemnati diffinitiuè, vt accipiant bona immobilia æstimata in solutum pro debitis suis, an possint omissa hac exequutoria conuenire correum debendi, vel fideiussores pro eodem debito deciditur pars affirmatiua, num. 6. limitatur num 7. & 8. amplia num. 9.

2 Cautela optima proponitur ad hoc, vt correus pro correo inope conuentus, & fideiussor pro principali gaudeat exemptione reo competenti, non verò sibi declaratur, nu. 10

3 Fideiussores dati ab his, qui non conueniuntur, nisi vltra quam facere possunt regulariter in solidum tenentur, & sui principalis priuilegium non habent, quia illud est personale.

4 Creditor, qui conuenit vnum ex reis debendi potest, nihilominus alios correos debendi, vel fideiussores conuenire, & num. 5. quod per solam petitionem sequuta condemnatione contra vnum ex pluribus reis debendi porrectam alij non liberantur, sed ne-

3 nam † in conditionibus attenditur principium primæ existentiæ, & non curamus postea successum eius, vt dicit Bald. in l. precibus col.4. oppos.3. C.de impuber.& alijs substit. Gabriel. conclus.8.numero 2. de fideicommiss. imò sufficit, quod conditio adimpleta momento fingatur, teste Bald. in l. 1.num.23.C.de instit. & substitut. vbi Salic. ait sufficere, vt aliquo momento conditio habeatur pro impleta, & sic, quod aliquo momẽto steterit per illum, cui conditio implenda erat, sequitur Alexand. in consilio 102. colũna 1. volumine primo.& vide Gabriel. in d.conclus.8. num.9. de fideicommissis, qua de re merito cautur in textũ in l.2.C.de posthum. hæred.instit. vbi
4 omnes Doctor. notant, satis esse, † quod filius vixerit etiam momento, vt præteritus rumpat testamentum, per quem textum dicit Bal. in ca.1.§. cum etiam tit. Episc.vel Abb. in vsib. feud.dicit, quod si testator substituat filio, si decesserit sine filijs, & filius moriatur cum filio, qui momento tãtum vixerit, substitutio euanescit, licet filius non durauerit iuxta l.ex facto, §. fin.ff.ad Trebel. sequuntur Dec.consi. 623.colu.1.Franc.Marc.in decis.169. par.2.Durand.de art.testandi in titu. de substit.cap.25.Viuius in Silua com man. opin. in verb. statutum excludens Arct.cons.50.col.3 Bald.in l.sed & in illo, ff.de reb.dub Bursat.consil. 51.numer.37.vol.1.Roland. à Vall.in cons.56.num. 10 volum.3.& plura ad hunc propositum cumulant Tiraqu. in l. si vnquam in verbo susceperit à num.187.vsque ad num 202. de reuocan.donat. Roland.à Vall.in tract. de lucro dotis quæst.49.à nume.3. vsque ad nume.10.Brun.de persen.& perm. conclus.6.nu.8.& seq.

Corroboratur etiam nostra opi-
5 nio, nam † qualitas requisita in actu, satis est, quod illa adsit in tempore actus celebrati, licet postea desinat, & non duret, argu.l. item Mela in princip. ff. de aliment. & cibar. legat. vbi legatum alimentorum factum puero debetur, si tempore testamenti legatarius sit puer, & quod sufficiat qualitatem adesse tempore dispositionis actus, licet postea desinat, notatur post Bar.& Doct.à Socin.in cõsil.81.num 7.vol.3. Marsil.in l.fin nu. 102.& seq.ff.de iurisdict.omni.iud. Medic.de regul.iur, regul.5.numer.33.in 2.par.late Tiraquell.in tract. cessante causa limit.4.

6 Et facit, nam † priuilegia durant ad hunc cessante etiam causa, propter quam illa fuerunt concessa, l. eos vbi Platea, l.maximam, & ibi glo.Bart.& Angelus, C.de excusat.muner. lib.10. Hinc enim legatum pauperi relictũ ob paupertatem non cessat, si eidem sit collatus Episcopatus à Summo Põtifice, vt late consuluit Anna consil. 21.volu.1. & hinc mulier relicta pauper tempore mortis mariti obtinet quartam per auth. præterea, C vnde vir, & vxor, quam exornat latè Mart. decis.22.vbi inquit, quia cum tempore mariti mulier reperiatur laborare extrema inopia effectus est consummatus, ideo potest petere, & exigere ipsam quartam, etiam si eadem die exegisset l. in delictis, §. si extraneus, ff.de noxal.l. Titius, & ibi Bartol.ff. de militari testam.& cum superueniunt postea bona effectus est consummatus, & non aufertur, l.final.in princip. ff. vnde liber. cum alijs allegatis per Decium in cons 24.numer.3. Mancil. de imputat.legitim. q.166 per totã,
7 † primus enim, rei status inspiciendus semper est, qui in exordio fuit, nec aduentitij casus considerari debent, l.in ratione, ff.ad leg. Falcid.l.Iulianus, ff. qui, & à quibus, l.filiusfamilias, l.insulam, ff.de verbor.obligat. &
8 ideo Afflict decis.210.tradit † restituendum esse maiorem illa in causa, quæ tempore suæ minoris ætatis ab eo fuit cepta, quia sufficit, vt qualitas in actu aliquo requisita tempore actus gesti adsit, quodque actus gestus non videtur, licet illa qualitas postes

cea

cesset, l. ad testium, §. conditionem, ff. de test. l. Mela, ff. de alim. & cibar. legat. l. in substitutione, ff. de vulgar & pupillar. Bart. in l. ex facto, nume. 1. & ibi Iason. & Doct. ff. eod. ex quibus de
9 facto consultus respondi † donationem fundi factam clerico, ab extraneo, vt ascendat ad sacros ordines, eo ordinato, & mortuo viuente donatore transmitti ad donatarij hæredes. & non reuerti ad donantem, quia vt dixi sufficit conditionem fuisse adimpletam momento temporis. Vnde meritò in praxi electionis, & variat for. q. 10 section. 2. firmaui regulam, quod
10 † electio fori facta per miserabilem personam non cessat cessante causa miserabilitatis, vt sequuntur Thesau. in decis. 177. num. 4. vbi Gaspar filius in addit. qui sic decisum refert in Senatu Sabaudiæ in causa pupillorum, qui inceperant in minori ætate iudicium, & interim adulti facti erant Menoch. de arbit. iudic. cas. 66. numero 36. in addit. lib. 2. Tapia in constit. statuimus, nume. 18. qui alios allegat vbi agit de vidua, quam dicit habere electionem fori, etiam si post nuberet, aut remitteret post litem contestatam, vel post decretum interpositum super iudicis competentia Valasc. in genere loquendo decis. 57. vbi tenet, quod li cepta in iudicio priuilegiato non debet remitti cessante causa primordiali priuilegij.
11 Et pro hac opinione facit, nam † initium spectandum est, l. 3. §. scio, ff. de minor. l. si filius, ff. de verbor. oblig. l. si procurat. ff. mandati, l. item illa, §. 1. ff. de constituta pecunia Andr. de Iser. libro 2 Constit. Siciliæ tit. de pœn. contumac. Cephal. conf. 91. nume. 27. latè Ias. in l. clam possidere a num. 11. ff. de acquirend. possess. dicens magnū esse habere bonum primordium, l. cū filius, §. hæres, ff. de legat. 2. l. si tamen, ff. ad Senatusconf. Maced. ibi *quia initium contrahentes spectandum est*, sic initium, & caput rationis attēdi debet, & secundum ipsum tota ratio intelligi, l. prætor ait, §. initium, vbi Doctor. ff. de edendo. Grat. respons. 53 numer. 62. volum. 1.
12 Et † initium spectatur etiam in delictis fauore rei, l. si quis, ff. de furtis, ibi, *non posse eum manifestè conueniri, quia origo furti in seruitute facti, non fuerit manifesti*, hinc Gram. decis. 10. ait, quod si clericus commisisset delictum, demum duxisset vxorem, non posset per sæcularem cognosci, quia attenditur status, in quo erat tempore commissi delicti ex doctrina Bald. in l. affines, C. comm. vtriusque iudicij de Franchis decisione 411. numero 3. & 4.
13 Vnde bannitum offendens, eodem de a banno exempto non tenetur, l. qui cum maior vers. sed si minor, ff. de bon. libert. l. quod ait lex, §. air, vbi Bartol. ad legem Iuliam de adulter. Antonius de Burgos in c. cum dilecti, num. 41. de empt. & vendir.
14 Similiter † spectatur initium delicti, vt sciamus ad quē pertineat eius punitio Bart. in d. l. quod ait, §. 1 ff. ad legem Iul. de adulter. Abbas in c. fina. num. 2. de sent. excommun. Bald. in c. 1. §. iniuria de pace iuram. firmand. in verb. feudum, & in ca. olim de dolo, & contum. Ias. in l. more, nume. 22. ff. de iurisdict. omn. iudic. Roland. à Valle conf. 77. Bald. in c. innotuit, nume 11. vers. item de elect. vbi dicit, quod vbi de natalibus quærimus initium spectandum est, per text. quem dicit solemnem, & optimum in l. quid ergo in princip. ff. de his, qui notantur infamia Roland. à Valle conf. 100. numero 20. lib. 2.
15 Sic † initium, & origo possessionis debent inspici ad vsucapionem, l. clā possidere in princip. vbi Alexand. nu. 7. ff. de acquir. possess. Bartol. in l. iusto errore, §. si possessionis, numer. 1. ff. de vsucap. Ias. in l si is, qui pro empt. nu. 54. eod. tit. Bald. in l. cum ancillis, nu. 10. C. de incest. nupt. Gregor. in Syntaxi artis mirabilis tom. 1. lib. 2. ca. 18.
16 num. 2. & † cum principium sit pars po-

potissima cuiuslibet rei, vt in l.1.ff. de orig. iuris, vt ait Philosoph. lib.1. Ethi cor. Fuscus in tract. de villicat. lib.1. ca. 1. num.2. Rot. in antiq. decis. 11. num. 2. titu. de iure patr. & bonum initium est valde considerandum secundum Rimiuald. in l. vt vim, num 38. ff. de iu stit. & iur. & in l. posthumo, num. 311. C. de bonor. possess contra tabulas, & in l. precibus, nume. 287. C. de impub. & alijs substit. nam teste Baldo in d. l.

17 1. nume. 11. † principium bonum faciens processum bonum facit, & finem licitum, qui aliàs illicitus esset, l. qui cum natu maior, §.1. ff. de bonis libert. Cellus cons 65. num.2. post Bartol. ind. l. quod ait lex, §. quod ait, ff. ad leg. Iul. de adulter. Crauet. in respons. pro gener. num. 37.

Qua de causa rogatus de voto di-
18 cebam in facti contingentia, quod † filiusfamilias, si postquam effectus fuerit sui iuris ratificauerit instrumẽtum aliàs à se factum simul cum patre pro debito spectante ad patrem, per huiusmodi ratificationem non perdit beneficium, l.2. C. quod cum eo, ex eo, quia vt dixi semper initium spectandum est, & causa, & sic fuit decisum in Sacro Consilio in causa Philippi Saracchi de Ciuitate S. Agathæ contra Franciscum Mangheri sub die 11. Ianuarij 1591. referente Regio Consiliario Olignano, cum interuentu Præsidis de Franchis, & Regiorum Consiliariorum Antonij Damæ, & Horatij Marchesij decernendo, quod non molestetur, nisi in quantum facere potest Actuarius est Ascanius Longhus.


Non obstat textus in cap. cum ces-
19 sante de appellat. vbi † cessante causa cessat effectus, vnde cum in casu nostro superueniat pecunia, ideo debet cessare beneficium nostræ auth. nam respondeo regulam illius text. non procedere, vbi effectus est consumma-
20 tus, vt hic † effectus enim causæ consummatæ, nunquam cessat cessante causa, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig at. l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. ca quæsitus, & ibi gloss. in verbo contrahatur, de consecrat. dist 4. ca. de bigamis extra de bigamis, imo non tantum procedit in effectu omninò consummato, sed etiam in inchoato, l. & si non sint, §. infecti, ff. de aur. & argen. legat. nam nec is effectus inchoatus cessat etiam cessante illius causa secundum Curt. iun. in l more, col. 11. num. 12. ff. de iurisdict. omn. iud. Tiraqu. in tract. cessante causa limitat 11 numer. 19. vers. amplia etiam, & facit text. in l. si quis hæredem, C. de instit. & substitur.

21 vbi † probatur conditionem sufficere adfuisse momento temporis, quo
21 adesse debuit, vnde † si legatum est factum etiam annuum eo adiecto onere, quod legatarius morari debeat cũ aliquo, si legatarius cœperit morari si moritur ille, vel aliquo casu defecerit conditio, aut onus adhuc debetur legatum, vt est text. in l. Mænia in princip. ff. de annuis legatis, ita expresse Fulgos. in l.1. C. de instit. & substit. & ibi Decius num. 11. in fine, qui satis egregiè respondet ad id, quod posset dici, quod legatum annuum pro primo anno est purum, pro alijs verò cõditionale, & quod sunt plura legata Rum. consilio 37 numero quinto, libro secundo. & plures congesti per Menoch. qui hanc sententiam comprobat, & contrarijs respondet in consilio 146. numero decimo nono, libro secundo.

Ex his igitur ad laudem Omnipotentis Dei Trini, & vnius, ac Beatissimæ Virginis Matris Mariæ, & Beatorum Ioannis, Caroli, & Dominici patronorum meorum hanc praxidationis in solutum iuxta mentem Authenticæ hoc nisi debitor, C. de solut. sit impositus finis, in qua si quid reprehendendum, vel corrigendum prudentibus videbitur, eos vehementer rogo, vt aliquid meæ imbecillitati condonent, agnosco enim ingenium meum, quam sit tenue, & quod

quod omnium habere memoriam, & in nullo peccare, errorem que committere potius diuinitatis, quam humanitatis est, vt inquit Imperator in l. secunda. §. si quid autem, C. de veter. iur. enucleand. sin rectè à nobis aliquid, & præsenti instituto consentaneè scriptum est, mecum Deo Optimo Maximo gratias agant, cuius Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium magistra est, iudicio, censuræ, fideique, censorum correctioni omni qua possum, & debeo humilitate, ac reuerentia spontè subijcio Ego Ioannes Maria Nouarius I. C. Lucanus.

Finis Secundæ Partis.



Angelus Cantinius I.V.D. Florentinus Corrector.